DE INCUBATIONE

CAPITULA DUO

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM GISSENSIUM ORDINE

RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

LUDOVICUS DEUBNER

RIGENSIS

GISSAE

MDCCCXCIX

Hanc amplioris libelli partem dissertationis loco proponi concessit amplissimus philosophorum Gissensium ordo. Quae restant capita — III De carmine Delphico Euripideo, IV De incubatione christiana — una cum his schedulis prostabunt in aedibus B. G. Teubneri.

ALBRECHTO DIETERICH

PRAECEPTORI MEO

S

Caput I.

De somniis divinis.

Quantum cum apud alios populos antiquos tum apud Graecos et Romanos somnia valuerint, ita ut in gravissimis quoque rei publicae negotiis habita sit eorum ratio, satis constat superque neque in hac re tritissima ullam voculam sumus addituri. De somniis divinis, h. e. quibus vis inest futuri praesentiendi, eorumque indole, de dis vel daemonibus divinitus missis, qui in eiusmodi somniis apparebant, eorumque habitu nonnulla in hoc capite primo adnotabimus. Quae tamen antequam ineamus, varias praemittere liceat observationes quibus quomodo antiqui somnia dispertiverint quaeque eorum genera discreverint brevibus attingatur.

Qua in re concinere quae apud Artemidorum (Oneirocr. I 2 p. 5 Herch.) et Macrobium (Somn. Scip. I 3, 2) leguntur iam Buechsenschuetzius monuit[1]). Enumerantur enim ab Artemidoro *ἐνύπνιον*, *φάντασμα*, *ὄνειρος*, *ὅραμα*, *χρηματισμός*[2]), a Macrobio *ὄνειρος* — somnium, *ὅραμα* — visio, *χρηματισμός* — oraculum, *ἐνύπνιον* — insomnium, *φάντασμα* — visum. Quam somniorum dispertitionem antiquitus usitatam fuisse suo iure coniecit idem Buechsenschuetzius, praesertim cum Artemidorus de 'phantasmate' inter multos alios Artemonem quendam Milesium atque Phoebum quendam Antiochensem explanatius egisse commemoret[3]). Nec discordat, quod Macrobius ipse (3, 1) in somniorum generibus tractandis hoc modo incipit: „*antequam ipsa somnii verba tractemus, prius quot somniandi modos observatio deprehenderit, cum licentiam figurarum, quae passim quiescentibus ingeruntur, sub definitionem ac regulam* vetustas *mitteret, edisseramus*“ e. q. s. Accedit, quod eadem dispertitio apud scriptorem Byzantinum saeculi decimi quarti occurrit, Nicephorum dico Gregoram in commentario eius ad Synesii de insomniis librum scripto, ubi similem in modum

---

1) Traum und Traumdeutung p. 59 sq.

2) l. c.: *ἕπεται δὲ τούτοις, τῷ μὲν ἐνυπνίῳ τῷ ἀσημάντῳ τὸ φάντασμα, . . . τῷ δὲ ὀνείρῳ ὅραμά τε καὶ χρηματισμός.*

3) l. c.: *φάντασμα, περὶ οὗ ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ δὴ καὶ Ἀρτέμων ὁ Μιλήσιος καὶ Φοῖβος ὁ Ἀντιοχεὺς διειλεγμένοι εἰσί.* cf. Buechs. p. 60 sq.

dispertitio illa tribuitur 'antiquis': *εἰσὶ γὰρ διάφορα τὰ παρὰ τοῖς παλαιοῖς τεθειμένα τοῖς καθ' ὕπνους φαινομένοις.* (Migne Patrolog. Gr. t. 149 p. 608 A.) Nicephorus Gregoras, quocum Macrobius multo magis congruit quam cum Artemidoro, ex eodem fonte hausisse videtur, de quo ille scientiam suam derivavit; Macrobius enim in explicandis somniorum generibus eundem observat ordinem, quo apud Nicephorum enumerantur (l. c.): *πέντε γάρ φασι τούτων εἶναι τὰ εἴδη· ὧν τὸ μὲν ὀνομάζουσιν ἐνύπνιον, τὸ δὲ φάντασμα, τὸ δὲ χρηματισμόν, τὸ δὲ ὅραμα, τὸ δὲ ὄνειρον.* Quocum plane concinit Macrobius inde a 3, 4, ubi diffusius singula tractat: *ἐνύπνιον* (4) *φάντασμα* (7) oraculum (8) visio (9) somnium (10). Nec non inter exempla a Macrobio et Nicephoro Gregora, ut genera illa diversa illustrarent, allata aliquid intercedit similitudinis.

Artissime vero cum Macrobii loco coniungenda sunt, quae apud Pseudo-Augustinum De spiritu et anima 25 t. 40 p. 798 Migne leguntur. Quod cum ex iis elucet, quae hic illic de somniorum dispertione proferuntur:

Macrob. I 3, 2.	Ps.-Augustinus l. c.
„*omnium, quae videre sibi dormientes videntur, quinque sunt principales et diversitates et nomina.*“ Secuntur nomina eo ordine, quem adnotavimus pag. 1.	„*omnium quae sibi videre videntur dormientes, quinque sunt genera; videlicet oraculum, visio, somnium, insomnium et phantasma.*“

tum maxime confirmabitur, cum singulas eorum contuleris explicationes:

Macrob. I 3, 4sqq.	Ps.-August.
4. „*est enim ἐνύπνιον, quotiens cura oppressi animi corporisve sive fortunae, qualis vigilantem fatigaverat, talem se ingerit dormienti . . . . . corporis, ... si esuriens cibum aut potum sitiens desiderare . . . videatur.*“	„*insomnium est, quando id quod fatigaverat vigilantem, ingerit se dormienti; sicut est cibi cura vel potus*“ e. q. s.
7. „*φάντασμα vero, hoc est visum, cum inter vigiliam et adultam quietem in quadam, ut aiunt, prima somni nebula adhuc se vigilare aestimans, qui dormire vix coepit, aspicere videtur irruentes in se vel passim vagantes formas a natura seu magnitudine seu specie discrepantes, varias-*	„*phantasma est, quando qui vix dormire coepit, et adhuc se vigilare existimat, aspicere videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas discrepantes et varias, laetas vel turbulentas. in hoc genere est ephialtes, quem publica persuasio quiescentes opinatur*

que tempestates rerum vel laetas vel turbulentas. in hoc genere est ἐπιάλτης, quem publica persuasio quiescentes opinatur invadere et pondere suo pressos ac sentientes gravare."	*invadere et pondere suo pressos ac sentientes gravare."*
8. *„et est oraculum quidem, cum in somnis parens vel alia sancta gravisve persona seu sacerdos vel etiam deus aperte eventurum quid aut non eventurum, faciendum vitandumve denuntiat."*	*„oraculum est, cum in somnis parens vel aliqua sancta gravisque persona, seu sacerdos, vel etiam Deus eventurum aliquid aperte vel non eventurum, faciendum vel devitandum denuntiat."*
9. *„visio est autem, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eveniet."*	*„visio est, cum id quis videt, quod eodem modo, quo apparuerat, eveniet."*
10. *„somnium proprie vocatur, quod tegit figuris et velat ambagibus non nisi interpretatione intelligendam significationem rei, quae demonstratur"* e. q. s.	*„somnium est figuris tectum, et sine interpretatione intelligi non potest."*

Cum Pseudo-Augustino insint quae desunt Macrobio, communem statuere debemus fontem neque tamen eundem, de quo fluxerit Nicephorus Gregoras.


Quinque illa somniorum genera rursus exstant in Ioannis Saresberiensis (saec. XII) Polycratico II 15 t. 199 p. 429 A Migne: *„sunt autem multae species somniorum et multiplices causae et variae figurae et significationes. aut enim insomnium, aut phantasma, aut somnium, aut oraculum, aut visio est."* Ubi tamen in singulis nullus consensus. Denique adicimus librorum Carolinorum locum (III 26 t. 98 p. 1173 B Migne), quo ad Macrobii commentarium spectatur: *„hic interponendum de quinque generibus visionum iuxta Theodosium Macrobium."*

Videmus igitur dispertitionem illam somniorum fuisse notissimam [1]); consentiunt Artemidorus, Macrobius, Pseudo-Augustinus, Ioannes

---

1) Sex somniorum genera omissis tamen terminis technicis discernuntur a Gregorio Magno in dial. IV 48 t. 77 p. 409 B Migne. Quae quidem *„generantur"* 1) ventris plenitudine 2) eius inanitate 3) illusione 4) cogitatione et illusione 5) revelatione 6) cogitatione et revelatione. Idem in Gregor. Moral. VIII 24, 42 t. 75 p. 827 A Migne nec non receptum in Isidori Hispalensis Sententias IV 13 in Append. IX t. 83 p. 1163 A Migne; cf. Sent. III 6, 6. 7 t. 83 p. 669 A Migne.

Saresberiensis, Nicephorus Gregoras. Differunt in singulis Artemidorus, Ioannes Saresberiensis, reliqui inter se scilicet congruentes. Id quod hoc fere stemmate exprimi potest:



Ex his somniandi modis divinandi vis non nisi tribus ultimis tribuebatur, oraculo scilicet, visioni, somnio. *ἐνύπνιον* et *φάντασμα* *„cura interpretationis indigna sunt, quia nihil divinationis adportant*[1]*); una cum somno avolant et pariter evanescunt.“*[2]) Itaque *„ad nullam noscendi futuri opem“* recipiuntur.[3])

Praesensionem quandam rerum futurarum iis praecipue inesse credebant somniis, quae m a n e apparerent[4]), cum animus hominum maxime a corpore esset liberatus, ipsi vero homines neque vigilarent neque dormirent, sed media quadam condicione penderent. Sic Iamblichus (de myst. III 2) de somniis divinitus missis inter alia haec profert: *ἀλλ' ἤτοι τοῦ ὕπνου ἀπολείποντος, ἀρχομένων ἄρτι ἐγρηγορέναι, ἀκούειν πάρεστι . . ., ἢ μεταξὺ τοῦ ἐγρηγορέναι καὶ καθεύδειν ὄντων ἢ καὶ παντελῶς ἐγρηγορότων αἱ φωναὶ ἀκούονται.* Ex. gr. afferamus Marini locum e vita Procli 30, ubi de Aesculapii epiphania hoc dicitur: *μεταξὺ γὰρ ὢν ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως εἶδε δράκοντα κτλ.* Interdum adeo potuit vividum esse somnium ut

---

1) Macrob. l. c. 3, 3.

2) ib. 3, 5. cf. Artem. Oneir. I 1 p. 3, 26 H.: *ἐφ' ὅσον μὲν ἐνύπνιόν ἐστιν ἐνεργεῖ, παυομένων δὲ τῶν ὕπνων ἀφανίζεται.*

3) ib. 3, 8. Artemid. I 1 p. 3, 5 H. somnium et insomnium discernit hoc modo: *ταύτῃ γὰρ ὄνειρον ἐνυπνίου διαφέρειν συμβέβηκε, τῷ τὸν μὲν εἶναι σημαντικὸν τῶν μελλόντων, τὸ δὲ τῶν ὄντων.* — Diversa ab his, quae praebent libri Carolini III 26 t. 98 p. 1172 C Migne: *„quanquam ergo et visiones et somnia mixtim dici consuetudo admiserit, inter visiones vero et somnia hoc quidem distare dicunt, quod somnia ea sunt, quae plerumque falluntur . . . . . . visiones vero dicunt quasdam veraciores revelationes“* e. q. s.

4) cf. Philostr. V. Apoll. II 37: *ἂν μὲν γὰρ ἑῷος ᾖ* (sc. *ὁ καιρός*) *καὶ τοῦ περὶ τὸν ὄρθρον ὕπνου, ξυμβάλλονται* (*ὀνειροπόλοι*) *αὐτὴν* (sc. *τὴν ὄψιν*) *ὡς ὑγιῶς μαντευομένης τῆς ψυχῆς.* cf. etiam Buechs. p. 38 et adn. 96. — Observatum est omnino somnia matutina creberrima esse: v. Lehmann, Aberglaube u. Zauberei v. den ältesten Zeiten an bis in die Gegenwart, deutsche autorisierte Ausgabe von Dr. Petersen p. 396: *„Uns träumt stets in dem leichten Schlafe, der dem Erwachen unmittelbar vorausgeht“* et ib. p. 395: *„Je leichter der Schlaf ist, desto häufiger sind auch die Träume.“*

vigilare sibi videretur is qui somniavit[1]). Quo pertinet illud *ἢ καὶ παντελῶς ἐγρηγορότων* Iamblichi; cf. Aristid. t. II p. 312, 2 Keil: *ὡς ὕπαρ τὸ ὄναρ σκοπῶν ἐπ' ἐμαυτοῦ.* Quodsi Aesculapius in somno Aristidi dicit *ταῦτα δὲ εἶναι οὐκ ὄναρ, ἀλλ' ὕπαρ, εἴσεσθαι δὲ καὶ αὐτόν* (p. 398, 28 K.), *ὕπαρ* significare videtur somnium verum, cui respondebit eventus. Quibus a somniis haud ita multum differunt visiones vigilantibus hominibus oblatae (nam his in rebus fines definiri non possunt); itaque asseverari videmus non *ὄναρ* aliquid factum esse, sed *ὕπαρ.* v. Max. Tyr. diss. XV, 7 extr.: *εἶδον καὶ τὸν Ἀσκληπιόν, ἀλλ' οὐχὶ ὄναρ εἶδον, νὴ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλ' ὕπαρ.* cf. Kaibel Ep. Gr. 802, 5sq. de Pane: *ἀνα[φ]ανδὸν ἐπέστης, | οὐκ ὄναρ, ἀλλὰ μέσους ἤματος ἀμφὶ δρόμους.*[2])

Inter somniorum genera supra commemorata illud quidem maximam nimirum apud antiquos exhibebat vim, in quo aliquae personae quasi divinitus missae vel ipsi di apparebant, ut futura praedicerent. Hoc est quod nominatur *χρηματισμὸς* sive 'oraculum'; v. Macrob. S. S. l. c.: *„et est oraculum quidem, cum in somnis parens vel alia sancta gravisve persona seu sacerdos vel etiam deus aperte eventurum quid aut non eventurum, faciendum vitandumve denuntiat."* (cf. supra p. 3.) Et apud Nicephorum Gregoram l. c. p. 608B: *χρηματισμὸς δέ ἐστιν, ὅταν ἢ ἄγγελος ἢ ἱερεὺς ἢ πατήρ, ἤ τι τῶν σεμνότητα ἐχόντων προσώπῳ θεαθὲν προσαγορεύῃ, τῶν μέν, ὡς κίνδυνον καὶ λύπην ἐπιφέρειν μελλόντων, ἀπέχεσθαι, τῶν δέ, ὡς χρηστὰ κομίζειν μελλόντων, ἀντιποιεῖσθαι.* Vides ex his, quam arte cohaereant, quae apud Macrobium et Gregoram traduntur; deus ethnicorum apud scriptorem christianum in angelum mutatus est.

Itaque cum dei per somnum apparentes futura possent indicare, non mirum, quod talia somnia, ut quando quis vellet sibi compararent, studebant efficere; atqui non tantum oracula hoc modo sibi expetebant, sed omnino cum dis congredi eorumque consilio uti volebant. Sic exorta est incubatio[3]): in deorum templis ad dormiendum se proster-

1) Contrarium accidit Act. apostol. XII 9, ubi de Petro angelum sequente dicitur hoc: *καὶ οὐκ ᾔδει, ὅτι ἀληθές ἐστιν τὸ γινόμενον διὰ τοῦ ἀγγέλου· ἐδόκει γὰρ ὅραμα βλέπειν.*

2) Cum Antiocho sophista vigili colloquebatur Aesculapius Aegis Ciliciae, Philostr. V. Soph. II 4 p. 75, 13 Kays. (Lips. 1871.) cf. Luc. Philopseud. 38: *ἃ δὲ ἐν Ἀμφιλόχου τε ἤκουσα ἐν Μαλλῷ, τοῦ Ἥρωος ὕπαρ διαλεχθέντος μοι κτλ.* Inspicias etiam Dionis Chrysostomi orat. ad Alex. XXXII 12 vol. I p. 270, 16 Arn.: *μάλιστα δὲ αὐτὸ* (sc. *τὸ δαιμόνιον*) *δείκνυσι τὴν αὑτοῦ δύναμιν καὶ μόνον οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν διά τε χρησμῶν καὶ δι' ὀνειράτων. μὴ οὖν οἴεσθε κοιμωμένων μόνον ἐπιμελεῖσθαι τὸν θεόν,* [*καὶ*] *κατ' ἰδίαν ἑκάστῳ μηνύοντα τὸ συμφέρον, ἐγρηγορότων δὲ ἀμελεῖν καὶ κοινῇ καὶ ἀθρόοις μηδὲν ἂν δεῖξαι τῶν χρησίμων. πολλάκις γὰρ ἤδη καὶ ὕπαρ ὤνησε καὶ μεθ' ἡμέραν ἐναργῶς προεῖπεν.*

3) v. etiam Buechs. p. 35: *„Der Wunsch, von dem zufälligen Erscheinen eines Traumes unabhängig zu sein und ein vorbedeutendes Zeichen der Art nach*

nebant, quia certis ritibus atque caerimoniis[1]) effectis animoque bene praeparato atque prorsus in res divinas converso verisimillimum erat illum per somnium appariturum esse deum, in cuius templo incubabant. Dei, quorum in sacris fieri solebat incubatio, erant chthonii — heroes, cum terra eiusque potentiae somnia hominibus emittere crederentur[2]), qua de causa videlicet ipsi terrae incubatum est. Qui dei, cum propria iis esset vis medendi, imprimis de morbis curandis consulebantur, ut per somnum remedia indicarent; quae res quid in Aesculapii templis valuerit nemini non constat.

Significatur incubatio verbis *ἐγκαθεύδειν*, *ἐγκοιμᾶσθαι*, *ἐγκατακοιμᾶσθαι*, *ἐπικατακοιμᾶσθαι*, *ἐγκοιτάζεσθαι*, *ἐγκοιμίζεσθαι*, *ἐγκατακεῖσθαι*, *ἐγκατακλίνεσθαι*, *κατακλίνεσθαι*[3]); latine semper 'incubare'.

---

eigenem Willen herbeiführen zu können, fand seine Befriedigung in den sogenannten Incubationsorakeln."

1) De quibus v. cap. II.

2) Hecuba terram advocat: *ὦ πότνια Χθών, μελανοπτερύγων μῆτερ ὀνείρων* Eur. Hec. 70 sq. De Eur. Iph. Taur. 1262 sqq. v. cap. III. cf. Laert. Diog. VIII 1, 32: *εἶναί τε πάντα τὸν ἀέρα ψυχῶν ἔμπλεων· καὶ ταύτας δαίμονάς τε καὶ ἥρωας ὀνομάζεσθαι· καὶ ὑπὸ τούτων πέμπεσθαι ἀνθρώποις τούς τ' ὀνείρους καὶ τὰ σημεῖα νόσου τε καὶ ὑγιείας.* — Haud secus iudicandum esse videtur de necyomanteis, quibus quidem per somnum oracula petebant, velut apud Plutarch. cons. ad Apoll. 14 p. 109 C: *ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον, προθυσάμενον δ' ὡς νόμος ἐγκοιμᾶσθαι καὶ ἰδεῖν ὄψιν τοιάνδε κτλ.* Attendas in illo quod *χρηματισμὸς* vocatur somniorum genere explicando inter personas apparentes patrem nominatum esse. Quocum conferre licet, quod Max. Tyr. de necyomanteo in Magna Graecia apud lacum Avernum sito refert (diss. 14, 2): *ἐνταῦθα ὁ δεόμενος ἀφικόμενος, εὐξάμενος, ἐντεμὼν σφάγια, χεάμενος χοάς, ἀνεκαλεῖτο ψυχὴν ὅτου δὴ τῶν πατέρων ἢ φίλων.* Plut. l. c. sic pergit: *δόξαι παραγενέσθαι τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ.* Memorabile quod legitur in Cyrillo contra Iulianum 10 Migne Patrol. Gr. t. 76 p. 1024 C: *τὰς περὶ τῶν τεθνεώτων ὁράσεις αἰτεῖν, ἤγουν τὰ ἐνύπνια.* Sane mortuos sicut deos chthonios per somnum vaticinari non mirabitur, qui sciat, quam arte inter se horum illorum cultus cohaereat. cf. praeterea Schoemann, Griech. Altert. II³ p. 341. Rohde, Psyche² I 37, 1.

3) Nondum audeo adicere illud *ἐγκατοχήσας*, quod in una inscriptione Smyrnaea (C. I. G. II 3163) invenitur; de quo adhuc incertis nobis haerendum esse videtur, quamquam iam Boeckhius adnotavit '*ἐγκατοχεῖν* est incubare'. Leguntur l. c. haec: *Παπίνιος ὁ φιλόσοφος, ἐγκατοχήσας τῷ κυρίῳ Σαράπιδι παρὰ ταῖς Νεμέσεσιν, εὐξάμενος αὐξῆσαι τὸ Νεμέσειον τὸν παρατεθέντ[α] οἶκον ταῖς Νεμέσεσιν ἀνιέρωσεν, ὡς εἶναι ἐν ἱερῷ τῶν κυριῶν Νεμέσεων τὸ ὅλον.* Qua de re nuper egit Erwinus Preuschen in libello qui inscribitur Mönchtum und Sarapiskult (Jahresbericht des Grofshrzogl. Ludw.-Georgs-Gymnasiums Darmstadt 1899). Maxima sane cum probabilitate vocem *ἐγκατοχήσας* cum illorum hominum nomine coniungit, qui in Sarapeo Memphitico habitabant, sc. *κάτοχοι*; tamen facere non possum quin dubitem, an sub iis societas sit intellegenda, quae ante omnia sibi propositum habuerit incubare (v. p. 26: *„das oben ermittelte Institut der Gilde von professionsmäfsigen Incubanten"*). Putat enim Pr. voce *κάτοχοι* homines significari per incubationem a deo 'occupatos', itaque in voce *ἐγκατοχήσας* explicanda cum Boeckhio congruit. Acris sunt ingenii nec non adrident, quae protulit vir doctissimus neque vero dubitationes desunt, de quibus longus fieri

ἐγκαθεύδειν: cf. *ἐνεκάθευδε* in iamatis Epidauriis [1]) Baunack nr. 59 (= nr. 1 Cavvad. Fouill.) I 4. VII 68/9. X 93/4. XVIII 124. nr. 80 (= nr. 2 Fouill.) I 1 (*ἐνεκάθευδεν*). III 10. IV 23. V 27/8. VIII 46/7. X 58. XVII 103. *ἐγκαθεύδων* ib. nr. 59 III 25. VI 49. 57. XII 98. nr. 80 VII 39. XII 66. XIII 69. XV 88. XVIII 111. XX 120. Suid. s. v. *Δομνῖνος*. *ἐγκαθεύδοντος* C. I. G. S. I 235, 39/40. *ἐγκαθεύδοντι* iam. Epid. nr. 59 VIII 76. Aristid. Rhet. II 337, 15 K. *ἐγκαθεύδοντα* iam. Epid. nr. 59 XIV 107/8. nr. 80 II 9. *ἐγκαθεύδουσα* ib. nr. 59 IV 37. nr. 80 XI 61 (*ἐνκαθεύδουσα*). XIV 83. XIX 117. XXI 123/4. XXII 129. *ἐγκαθεύδουσι* Euseb. v. Const. III 56. *ἐγκαθεύδειν* Cyrill. adv. Iul. Migne t. 76 p. 1024 B. C. I. G. S. I 235, 36. *ἐγκοιμᾶσθαι*: cf. *ἐγκοιμῶνται* Strabo XIV 1, 44 p. 649. *ἐγκοιμώμενοι* id. VI 3, 9 p. 284. Eustath. ad Dionys. Perieget. 1153 p. 313 Bernhardy. *ἐγκοιμωμένων* Str. XI 7, 1 p. 508. *ἐγκοιμωμένοις* Lycophr. 1050. *ἐγκοιμηθέντα* Arrian Anab. VII 26, 2. *ἐγκοιμαθεῖσα* iam. Epid. nr. 59 II 10/1. *ἐγκοιμᾶσθαι* Str. XVI 2, 35 p. 761. id. XVII 1, 17 p. 801. Plut. consol. ad Apoll. 14 p. 109 C. cf. *ἐγκοιμήσεως* Diodor. I 53, 8. *ἐγκατακοιμᾶσθαι*: cf. *ἐγκατεκοιμάθη* iam. Epid. nr. 59 I 9. nr. 87, 1 p. 144 Baun. *ἐγκατακοιμαθεῖσα* ib. nr. 59 II 15. *ἐγκατακοιμηθῆναι* Herod. VIII 134. *ἐπικατακοιμᾶσθαι*: cf. *ἐπικατακοιμῶνται* Herod. IV 172. *ἐγκοιτάζεσθαι*: cf. *ἐγκοιτασθέντος* iam. Epid. nr. 59 XI 95. *ἐγκοιμίζεσθαι*: cf. *ἐγκεκοιμισμένων* iam. Epid. nr. 59 X 90. *ἐγκατακεῖσθαι*: cf. *ἐγκατακείμενοι* Aristoph. Plut. 742. *ἐγκατακλίνεσθαι*: cf. *ἐγκατεκεκλίμην* Aristid. II 410, 27; 415, 11 K. *ἐγκατακλιθῆναι* Hyperides pro Euxen. 14 p. 41 Blafs [3]. Forma activa *ἐγκατακλινοῦντε* Ar. Plut. 621. *κατακλίνεσθαι*: cf. *κατεκλίθη* Plut. de gen. Socr. 22 p. 592 F. *κατακλιθέντα* Hyperides l. c. 18 p. 42. Forma activa *κατακλίνουσι* Ael. hist.

---

non possum. De Nemesibus aliquid addere liceat, quo Preuscheni opinio etiam adiuvari videtur, quamquam et hoc mihi quidem nihil videtur demonstrare. In eodem enim sacro Nemesium Smyrnaeo Alexander Magnus per somnum a deabus illis admonitus est, ut in Pagum montem traduceret Smyrnaeos: *Ἀλέξανδρον . . . ἀφικέσθαι πρὸς Νεμέσεων λέγουσιν ἱερόν, καὶ πηγῇ τε ἐπιτυχεῖν αὐτὸν καὶ πλατάνῳ πρὸ τοῦ ἱεροῦ, πεφυκυίᾳ δὲ ἐπὶ τοῦ ὕδατος. καὶ ὑπὸ τῇ πλατάνῳ καθεύδοντι κελεύειν φασὶν αὐτῷ τὰς Νεμέσεις ἐπιφανείσας πόλιν ἐνταῦθα οἰκίζειν καὶ ἄγειν εἰς αὐτὴν Σμυρναίους, ἀναστήσαντα ἐκ τῆς προτέρας* Paus. VII 5, 2. cf. Aristid. Palinod. in Smyrn. 7 vol. II p. 18, 15 Keil: *Ἀλεξάνδρου μὲν οὖν ὕπνος ᾄδεται προοίμιον τῆς κατοικίσεως* (sc. *Σμύρνης*) *ἔχων*. Nec non nummi Smyrnaei virum praebent sub arbore dormientem, cui binae adstant Nemeses, v. Eckhel Doctr. numm. vol. II p. 548 b. Nihilo minus de incubatione apud Nemeses facta dubito, quia credere non possum casu accidisse, quod tituli Smyrnaei his de rebus prorsus silent.

1) Ubi somnium ipsum fere hoc modo introducitur: *ὄψιν* vel *ἐνύπνιον εἶδε· ἐδόκει κτλ.* *ὄψιν*: 59 II 11. 16. III 25. IV 37. VI 49. 57; 80 III 16. X 58. XII 66. XV 88. XVII 103. cf. *ἔφα ὄψιν εἰδεῖν* (*εἴδειν* Prellwitz), *δοκεῖν κτλ.* 59 XVI 118. *ἐνύπνιον*: 59 XII 98 sq. (*ἔδοξε*). XIII 104. XVII 120; 80 III 11. IV 23 sq. VII 39. IX 51 sq. XI 61. XIV 83. XVIII 111. XIX 117 sq. XX 120 sq. XXI 124. XXII 130. Similis formula in somniis ab Herodoto relatis: *νυκτὸς ἐπελθούσης εἶδε ὄψιν . . . τοιήνδε· ἐδόκει ὁ Κῦρος . . . ὁρᾶν* I 209. *ὄψιν εἶδε ὁ Καμβύσης ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε· ἔδοξέ οἱ ἄγγελον . . . ἀγγέλλειν κτλ.* III 30. *ἰδούσης τῆς θυγατρὸς* (Polycratis) *ὄψιν ἐνυπνίου τοιήνδε· ἐδόκει οἱ τὸν πατέρα . . . λοῦσθαι . . . ταύτην ἰδοῦσα τὴν ὄψιν κτλ.* III 124. *τῆς παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν τοιήνδε· ἐδόκει ὁ Ἱππίης . . . συνευνηθῆναι κτλ.* VI 107. *ἐν τῇ νυκτὶ εἶδε ὄψιν τοιήνδε . . . ἐδόκει ὁ Ξέρξης ἄνδρα . . . εἰπεῖν* VII 12. *ἔδοξέ τις* cum infinitivo per totum quintum Artemidori librum in somniorum exemplis adhibetur. cf. Cic. de div. I 23, 46: *„visam esse videre“*.

anim. IX 33. *κατέκλινεν* Ar. Vesp. 124. *κατεκλίναμεν* Ar. Plut. 662. *κατακλίνειν* ib. 411. cf. *κατακλίσεως* Aristid. II 415, 10. *κατακλίσεις* id. 412, 24. Latine incubare: cf. incubat Plaut. Curcul. 61. Serv. ad Verg. Aen. VII 88. incubuit Verg. Aen. VII 88. Valer. Maxim. VIII 15 extern. 3. incubuere Pompon. Mela I 8, 46. incubantes Solin. VII 10. incubaturis Tertull. de an. 48 Corp. Script. Eccl. Lat. XX 1 p. 379, 15. incubare Plaut. Curc. 266. 268. Serv. Aen. VII 88. Hieron. ad Jes. 65, 4 Migne Patrol. Lat. t. 24 p. 657 A. cf. excubabant Cic. de div. I 43, 96.

Hac igitur incubatione efficiebatur, ut homines cum dis per somnum possent congredi, colloqui[1]), quaestiones proferre, responsa accipere. Id quod exprimitur, cum Celsus apud Orig. c. Cels. VII 35 de Trophonio, Amphiarao, Mopso dicit, *ὅτι ὄψεταί τις αὐτοὺς οὐχ ἅπαξ παραρρυέντας, . . . ἀλλ' ἀεὶ τοῖς βουλομένοις ὁμιλοῦντας*[2]).

Consentaneum est vel eos homines, qui in templis incubabant, non semper somnia perspicua accepisse, velut Cappadocem illum, qui

1) cf. de Fauni oraculo Verg. Aen. VII 88 sqq.: „*(sacerdos) pellibus incubuit stratis somnosque petivit, | multa modis simulacra videt volitantia miris | et varias audit voces fruiturque deorum | conloquio.*"

2) Elucet ex his Trophonium eodem modo vaticinari, quo Amphiaraum et Mopsum, h. e. per somnum. Quamquam non negamus aliquam exstare differentiam. Nam cum apud ceteros deos in ipsorum templis incubarent, apud Trophonium in antrum erat descendendum; ubi tamen *πνεύματα* quaedam (v. schol. Ar. Nub. 508 I. schol. Arist. III p. 65, 30 Dind. Aristot. de mundo 4 p. 395 b 26 Bekk. Stob. Phys. I 34, 2 p. 185 Mein.) videntur homines eiusmodi somno affecisse, quo ad res divinas percipiendas idonei facti sint. Itaque Tertullianus de an. 46 C. S. E. L. XX 1 p. 377, ubi oracula enumerat, quibus per somnum divinabatur, Trophonium quoque commemorat. Boeotiis, qui a Thracibus superati in antrum eius confugerant, *per somnium* ille Dionysum auxilium praebiturum nuntiavit. cf. Phot. s. v. *Λύσιοι τελεταί· αἱ Διονύσου· Βοιωτοὶ γὰρ ἁλόντες ὑπὸ Θρᾳκῶν καὶ φυγόντες εἰς Τροφωνίου, κατ' ὄναρ ἐκείνου Διόνυσον ἔσεσθαι βοηθὸν φήσαντος, μεθύουσιν ἐπιθέμενοι τοῖς Θρᾳξὶν ἔλυσαν ἀλλήλους.* cf. Suid. s. v. eadem. Apostol. X 99 (Paroem. II 513). Arsenius Viol. p. 340 Walz. (*Λύσιοι τελεταὶ καὶ λύσαν ἀλλήλους* praebent Ap. Ars. ll. cc. Ultima verba e contextu in titulum ablata sunt; v. Leutsch ad Ap. Pro *ἔλυσαν ἀλλήλους* Arsenius exhibet *καὶ ἐλύθησαν*, Apostol. *καὶ διελύθησαν*. '*καὶ*' illud irrepsit, quia *μεθύουσιν* 3. plur. ind. praes. esse putabant, praesertim cum Dionysii auxilium efficacius videretur, si Boeotii ipsi vino impleti hostes vicissent.) Quae in Timarchi narratione leguntur, qui Trophonium consultavit: *ἔφη δὲ καταβὰς εἰς τὸ μαντεῖον . . . κεῖσθαι πολὺν χρόνον, οὐ μάλα συμφρονῶν ἐναργῶς εἴτ' ἐγρήγορεν εἴτ' ὠνειροπόλει* (Plut. de gen. Socr. 22 p. 590 B), in memoriam revocant supra a nobis adnotata (cf. p. 4). Denique in eiusdem narrationis fine de se ipso Timarchus haec profert: *εἶτα μέντοι μετὰ μικρὸν ἀνενεγκὼν ὁρᾶν αὑτὸν ἐν Τροφωνίου παρὰ τὴν εἴσοδον, οὗπερ ἐξ ἀρχῆς κατεκλίθη, κείμενον.* — De adeuntibus Trophonium dicitur *συγγίγνεσθαι τῷ Τροφωνίῳ*, v. Philostrat. Vit. Apoll. VIII 19 p. 335, 8 Kayser: *ἐπεὶ τῷ Τροφωνίῳ μήπω ξυγγέγονα.* Max. Tyr. diss. 14, 2: *ὁ δεόμενος συγγενέσθαι τῷ δαιμονίῳ* (sc. Trophonio). Vel *ἐς διάλεξιν ἔρχεσθαι*, v. Philostr. Vit. Apoll. ib. p. 336, 2: *ἐχώρει ὑποχθόνιος* (Apollonius) . . *καθάπερ ἐς διάλεξιν ἑαυτὸν στείλας.* Quocum conferri potest ib. IV 16: *ἐς διάλεξιν τοῦ Ἀχιλλέως ἦλθον* (verba Apollonii, qui Achillis tumulum adierat). *ἐντυχεῖν θεοῖς ὄναρ* de Epimenide dicitur, qui in Iovis Dictaei antro versabatur, Max. Tyr. diss. 16, 1.

frustra in Aesculapii sacro Epidaurio dormiverat: „*migrare certumst iam nunc e fano foras, | quando Aesculapi ita sentio sententiam, | ut qui me nihili faciat nec salvom velit*" Plaut. Curc. 216 sqq. cf. 260 sqq. In iamatis Epidauriis nr. 80 Baun. (= 2 Fouill.) V de muliere agitur, quae somnio perspicuo (*ἐναργές* v. 28) non oblato rursus domum reportatur.

Itidem nimirum fieri potuit, ut non deus per somnum appareret, etiamsi in eius templo fieret incubatio, sed alia persona. Quae res optime illustretur, si evolvas Aristid. II p. 396, 24 Keil, ubi leguntur haec: *ἐπειδὴ ἐγενόμεθα ἐν τῷ ἱερῷ* (Pergami), *τῇ πρώτῃ τῶν νυκτῶν φανεὶς ὁ θεὸς τῷ τροφεῖ μου ἐν τῷ Σαλβίου τοῦ νῦν ὑπάτου σχήματι. ὅστις δὲ ὁ Σάλβιος οὔπω τότε γε ᾔδειμεν· ὁ δ' ἐτύγχανε προσεδρεύων τῷ θεῷ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. ἔφη δ' οὖν ὁ τροφεὺς ὡς ἐν τούτῳ δὴ τῷ σχήματι διαλεχθείη πρὸς αὐτὸν κτλ.* Iam apparet non deum visum esse, sed supplicem quendam eodem in templo morantem, quem viderat ille *τροφεύς* cuiusque imago in eius mente remansit atque noctu per somnium rursus ei se obtulit. Nihilo minus deus habetur modo advenae vestem indutus[1]). Similiter iudicandum videtur de papyri Londinensis loco (Wessely Neue Griech. Zauberpapyri p. 49, 865 sq. = Kenyon Greek Papyri p. 110, 798 sq.), ubi de angelo apparente dicitur hoc: *ἐν φίλου* (*φιλω* pap.) *σου οὗ γνωρίζεις σχήματι εἰσέρχεται.*

Credere licebit caerimoniis praescriptis ac ritibus nec minus loco ipso numinisque divini quasi praesentia adeo fere praeparatos fuisse supplicum animos, ut profecto dei figura in somno iis apparuerit. Cum autem dei formam ac figuram cum eius statua congruere probabile videatur, eodem modo credere licebit illo plerisque apparuisse deum habitu, quo ipsi eum die venerati essent, itaque statuae simili. Id quod nonnumquam clare dicitur: Romani Pythiae oraculum secuti, cum Epidauri Graecorum concilium, ut deus sibi daretur, oravissent, noctu ille Ogulnio Romano in somnio apparuit „*qualis in aede esse solet*", Ov. met. XV 654 sq. Vel in Longi Pastoralibus nymphae statuis similes apparent (II 23, 1 p. 274, 19 Hercher): *αἱ τρεῖς ἐφίστανται Νύμφαι . . . τοῖς ἀγάλμασιν ὅμοιαι.* cf. ib. III 27, 2 p. 299, 21: *αἱ δὲ* (*Νύμφαι*) *αὐτῷ καθεύδοντι νύκτωρ ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐφίστανται σχήμασιν, ἐν οἷς καὶ πρότερον.* Monuimus haec, quia putamus hac ex re originem duxisse illa oracula, quae a statuis praeberi traduntur idque partim per somnum. Imprimis si quis in eiusmodi erat statu, ut nec dormiret nec vigilaret, atque praeterea eodem loco iacebat, ubi dei erat statua (sicut Tithoreae in Asclepieo a dextera statuae parte lectus exstabat[2]), facillime fieri potuit, ut dei imago cum statua

1) Euphronio Epicureo peripneumonia laboranti in Asclepieo dormienti sacerdos remedium videtur indicare, Aelian. Apospasm. 89.

2) *κλίνη δὲ ἐν δεξιᾷ κεῖται τοῦ ἀγάλματος* Paus. X 32, 12.

eius commisceretur; itaque credebant ipsam statuam vaticinari. Sic in schol. Pers. sat. II 56 legimus: „*Acron tradit quod in porticu quondam Apollinis Palatini fuerint L Danaidum effigies, et contra eas sub divo totidem equestres filiorum Aegypti. ex iis autem statuis quaedam dicebantur postulantibus per somnum dare oracula.*“ In Troade divinabant statuae Neryllini (*χρηματίζειν καὶ ἰᾶσθαι νοσοῦντας νομίζεται* Athenagoras supplicatio pro christianis 26 Corp. Apologet. christ. saec. II t. VII p. 140) et Protei sive Peregrini (*ὁ μὲν καὶ αὐτὸς* [sc. *ἀνδριὰς τοῦ Πρωτέως*] *λέγεται χρηματίζειν* ib.; cf. schol. in not. 12 p. 141: *τοῦτον λέγει Πρωτέα περὶ οὗ Λουκιανὸς γράφει, ὃν ἐκεῖνος καὶ Περεγρῖνον καλεῖ*).

Sed haec in transitu. Accedamus denique ipsa somnia, de quibus nonnulla liceat componere. Hoc quidem monere non praetermiserim, cum somnia in deorum templis facta a somniis domi vel alibi oblatis re ipsa nimirum nullo modo differant, de his illis promiscue nos agere posse; nec non de visionibus die factis nonnulla affluent.

Iamblichus de mysteriis III 2 haud pauca ea de re attulit, quomodo somnia divinitus missa a somniis humanis (*ἀνθρώπινοι*) discernantur, quibuscum non discordant, quae alibi de singulis somniis traduntur vel de iis rebus, quae inter incubandum solebant accidere.

Audiuntur voces.

ἀκούειν πάρεστί τινος φωνῆς συντόμου περὶ τῶν πρακτέων ὑφηγουμένης Iambl. l. c. De Trophonii oraculo: *εἰπεῖν τινα πρὸς αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον* Plut. de gen. Socr. 22 p. 591 A. *ἀμφότεροι δὲ ταὐτὰ περὶ τῆς ὀμφῆς ἔφραζον* Plut. Sull. 17. *τὶς καὶ εἶδε καὶ ἄλλος ἤκουσεν* Paus. IX 39, 11. *τὰ μὲν ἰδών, τὰ δὲ ἀκούσας* Max. Tyr. diss. 14, 2. cf. Plut. de gen. Socr. 21 p. 590 B. De Pasiphaae oraculo: *φωνὴν ἐκ τοῦ ἱεροῦ γενέσθαι φράζουσαν* Plut. Cleom. 7. De Sarapidis: *καὶ γενέσθαι φήμην τινὰ ἐκ τοῦ θεοῦ* Arrian Anab. VII 26, 2. De Aesculapii Adrottis: *καὶ γὰρ ὄντως ἀκοαὶ λέγονταί που εἶναι τῷ τόπῳ* Marinus v. Procli c. 32. cf. ex Aristidis orationibus sacris: *ἐγένετο δέ μοι καὶ νύκτωρ φωνὴ λέγοντός του κτλ.* II 414, 31 K. *γίγνεται φωνὴ δι' ὀνείρατος* 427, 14 K. De Fauni oraculo: „*varias audit voces*“ Verg. Aen. VII 90. „*subita ex alto vox reddita luco est*“ ib. 95. cf. Serv. Aen. VII 81. Cic. ND II 2, 6. III 6, 15. id. de div. I 45, 101.

Aura amoena circumit dormientes.

καὶ ποτὲ μὲν ἀφανὲς καὶ ἀσώματον πνεῦμα περιέχει κύκλῳ τοὺς κατακειμένους, ὡς ὅρασιν μὲν αὐτοῦ μὴ παρεῖναι, τὴν δὲ ἄλλην συναίσθησιν καὶ παρακολούθησιν ὑπάρχειν, ῥοιζομένου τε ἐν τῷ εἰσιέναι καὶ περικεχυμένου πανταχόθεν ἄνευ τινὸς ἐπαφῆς, θαυμαστά τε ἔργα ἀπεργαζομένου πρὸς ἀπαλλαγὴν παθῶν ψυχῆς τε καὶ σώματος. Iambl. l. c. De Trophonii oraculo: *ἔπειτα κατακούειν* (sc. *δοκεῖν ἔφη*) *ἀμαυρῶς ῥοίζου τινὸς ὑπὲρ κεφαλῆς περιελαυνομένου φωνὴν ἡδεῖαν ἱέντος* Plut. de gen. Socr. 22 p. 590 C.

Fulget mystica lux.

ἄλλοτε δὲ φωτὸς ἐπιλάμψαντος λαμπροῦ καὶ ἠρεμαίου κατέχεται μὲν ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ὄψις, συμμύει τε, ἀναπεπταμένη μὲν οὖσα πρότερον· αἱ δ' ἄλλαι αἰσθήσεις διεγηγερμέναι τυγχάνουσι, καὶ συναισθάνονται πῶς εἰς

τὸ φῶς οἱ θεοὶ ἐκφαίνονται, ὅσα τε λέγουσιν ἀκούουσι καὶ ὅσα δρῶσιν ἴσασι παρακολουθοῦσαι Iambl. l. c. De Trophonii oraculo: ἀναβλέψας δὲ τὴν μὲν γῆν οὐδαμοῦ καθορᾶν, νήσους δὲ λαμπομένας μαλακῷ πυρί Plut. de gen. Socr. 22 p. 590 C. De Ptolemaei somnio: „*simul visum eundem iuvenem in caelum igne plurimo attolli*“ Tac. Hist. IV 83. Plura in Aristidis orationibus inveniuntur: ἐφάνη δὲ καὶ ὁ Τελεσφόρος νύκτωρ . . . καὶ ἀπέλαμπεν ἐν τῷ καταντικρὺ τοίχῳ σέλας ὥσπερ ἐξ ἡλίου II 419, 10 K. ἐγένετο δὲ καὶ φῶς παρὰ τῆς Ἴσιδος καὶ ἕτερα ἀμύθητα φέροντα εἰς σωτηρίαν 424, 16. ὤφθη τὸ ἕδος (scil. Aesculapii)... πυρὶ λαμπόμενον κύκλῳ πλὴν τῶν κεφαλῶν 438, 25. ἐπιστρέψαντος δέ μου ὡς πρὸς τὴν ἀκρόπολιν... διῇξεν σέλας ἐκ δεξιᾶς καὶ κατέσκηψεν οὕτω δή τι παρ' αὐτὰς ἄκρας μου τὰς κόμας ὥστε ἐθαύμαζον εἰ μὴ ἡμμέναι εἶεν 466, 12. De Aesculapio: τῷ τύγα ποστείχοντι συνάντησας σὺν ὅπλοισιν λαμπόμενος χρυσέοις, Ἀσκλαπιέ Isyll. 63 sq. cf. Hippolyti Refut. haeres. IV 33 p. 96, 73 sq. Duncker, ubi Aesculapius a magis citatus φαίνεται κατὰ τοῦ ἐδάφους πυρώδης. Aresthanas pastor, qui Aesculapium in Titthio monte natum invenit, ἀστραπὴν εἶδεν ἐκλάμψασαν ἀπὸ τοῦ παιδός.[1]) cf. Acta apostol. XII 7: καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἐπέστη τῷ Πέτρῳ καὶ φῶς ἐπέλαμψεν τῷ οἰκήματι. Ev. Luc. XXIV 4: καὶ ἰδοὺ ἄνδρες δύο ἐπέστησαν αὐταῖς (sc. γυναιξίν) ἐν ἐσθῆτι ἀστραπτούσῃ. Timoleontem in Italiam proficiscentem lux mystica in mari prosequitur a Cerere et Cora missa, Plut. Timol. 8.

De deo apparente fere adhibetur vox ἐφίστασθαι, quae optime subitum exprimit adventum.

ἐφίσταται de Protesilao Philostr. Heroic. 679 p. 148, 18 Kays.; de Apolline Orpheo adsistente id. V. Apoll. IV 14 p. 134, 1 K. ἐφίστανται de nymphis Longus Daphnis et Chloë II 23, 1 p. 274, 20 Hercher; ib. III 27, 2 p. 299, 22. ἐφισταμένην de Iside Diodor. I 25, 5; de Hemithea id. V 63, 2. ἐπέστης de Pane Kaibel Ep. Gr. 802, 5. ἐπέστη de angelo Domini, qui pastoribus Christum natum esse nuntiat Evangel. Luc. II 9; de eodem, qui Petro visus est in vincula coniecto Act. apost. XII 7. ἐπέστησαν de duobus viris vestes fulgentes indutis, qui mulieribus in Christi apparuerunt sepulcro Ev. Luc. XXIV 4. ἐπιστάς de Aesculapio iam. Epid. nr. 61, 12 p. 118 Baun. nr. 59 IV 37. VI 58. Ael. Aposp. 100 Hercher. Philostr. V. Apoll. I 9 p. 8, 15. ib. I 10 p. 9, 23; de Protesilao id. Heroic. 675 p. 143, 14; de Palamede ib. 685 p. 154, 7; de Aiante ib. 684 p. 153, 9; de Deo noctu Paulo apparente Act. apost. XXIII 11. ἐπιστάντος de Aesculapio Philostr. v. Soph. I 25 p. 46, 19. ἐπιστάντι de Apolline Artemid. Oneir. II 70 p. 168, 5 Herch. ἐπιστάντα de Trophonio Philostr. V. Apoll. VIII 19 p. 336, 4; de Mopso Plut. de def. or. 45 p. 434 E; de Sarapide Plut. Alex. 73; de Xerxis somnio Herod. VII 12. ἐπιστᾶσα de Proserpina Paus. IX 23, 3. ὄψις ἰνδάλματος ἱεροῦ Ael. Apospasm. 106 H. ἐπιστάν de somnio (ὄνειρον, ὄναρ) Herod. VII 14. Aristid. II 447, 34.

Dei apparent comes ac placidi.

„*deus* (Aesculapius) *in somnis opifer consistere visus . . . et placido tales emittere pectore voces*“ Ov. met. XV 653 sqq. cf. Stat. Silv. III 4, 23 sqq.,

1) Paus. II 26, 5. Omnino locus ille maxime memorabilis: οὕτω τὸν Ἀρεσθάναν ἐς πᾶν φασὶν ἀφικνεῖσθαι ζητήσεως, εὑρόντα δὲ ἐπιθυμῆσαι τὸν παῖδα ἀνελέσθαι, καὶ ὡς ἐγγὺς ἐγίνετο, ἀστραπὴν εἶδεν ἐκλάμψασαν ἀπὸ τοῦ παιδός, νομίσαντα δὲ εἶναι θεῖόν τι, ὥσπερ ἦν, ἀποτραπέσθαι. ὁ δὲ αὐτίκα ἐπὶ γῆν καὶ θάλασσαν πᾶσαν ἠγγέλλετο τά τε ἄλλα ὁπόσα βούλοιτο εὑρίσκειν ἐπὶ τοῖς κάμνουσι, καὶ ὅτι ἀνίστησι τοὺς τεθνεῶτας. Non potes non de Christo nato cogitare.

ubi dicitur Iuppiter „*Pergameas intrasse domos, ubi maximus aegris* | *auxiliator adest et festinantia sistens* | *fata salutifero mitis deus incubat angui.*“ In Ἀσκληπιός nomine iam ab antiquis ἤπιος adiectivum subaudiebatur. Similiter de Sarapidis nomine Plut. De Is. et Os. 29 p. 362 D: ἐγὼ δέ, εἰ μὲν Αἰγύπτιόν ἐστι τοὔνομα τοῦ Σαράπιδος, εὐφροσύνην αὐτὸ δηλοῦν οἴομαι καὶ χαρμοσύνην. Ael. Aposp. 99 H. effigiem describit, ubi παῖς . . . ὑπομειδιῶν cum Aesculapio Theopompi aegroti lecto adsistit. Memineris Aesculapii effigies. De Protesilao: φαιδρὰν δὲ ὀφρὺν περὶ τὸ ὄμμα βέβληται, τὸ γὰρ ἐπίχαρι αὐτῷ φίλον . . . . φεῦ τῶν ὀφθαλμῶν ὡς ἐπαφρόδιτοί τε καὶ φιλικοὶ φαίνονται Philostr. Heroic. 673 p. 141, 28; cf. ἱλαρός de eodem 674 p. 142, 30. μειδίαμα περὶ τὴν ὀφρύν de nympharum statuis, quae per somnum apparere solebant, Longus D. et Chl. I 4, 2 p. 243, 18 H. μείλιχε advocatur Pan apud Kaib. Ep. Gr. 802, 1, qui οὐκ ὄναρ, sed medio die quendam curavit. (cf. p. 5.)

Notatur eorum magnitudo atque pulchritudo.

ἐδόκει ὁ Ξέρξης ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μέγαν τε καὶ εὐειδέα εἰπεῖν Herod. VII 12. „*Aegyptiorum antistites sic memorant, Ptolemaeo regi. . . oblatum per quietem decore eximio et maiore quam humana specie iuvenem*“ Tac. Hist. IV 83. καὶ αὐτῷ (Daphnidi) αἱ τρεῖς ἐφίστανται Νύμφαι, μεγάλαι γυναῖκες καὶ καλαί Longus II 23, 1 p. 274, 19 H. ξυνῆκεν ὁ γεωργός, ὅτι ὁ Παλαμήδης εἴη· καὶ τὸ εἶδος ἐς ἥρω ἔφερε μέγαν τε καὶ καλόν[1]) Philostr. Heroic. 685 p. 154, 10 K. De Trophonio: τῷ γὰρ Ὀλυμπίῳ Διΐ καὶ τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος παραπλήσιον ἰδεῖν ἔφασαν Plut. Sulla 17. Vide Lucian. ver. hist. II 34 de somniis in somniorum insula: αὐτῶν μέντοι τῶν ὀνείρων οὔτε φύσις οὔτε ἰδέα ἡ αὐτή. ἀλλ' οἱ μὲν μακροί τε ἦσαν καὶ μαλακοὶ καὶ [καλοὶ καὶ] εὐειδεῖς, οἱ δὲ σκληροὶ καὶ μικροὶ καὶ ἄμορφοι. De Protesilai magnitudine ampelurgus in Heroico 673 p. 142, 7 refert: τὸ δὲ μῆκος δεκάπηχυς τάχα. cf. de insulis, quas Timarchus per somnum vidit in antro Trophoniano: φαίνεσθαι δὲ πλήθει μὲν ἀναρίθμους μεγέθει δ' ὑπερφυεῖς Plut. de gen. Socr. 22 p. 590 C. De Mopsi oraculo: ἄνθρωπον ἔδοξεν αὐτῷ καλὸν ἐπιστάντα φθέγξασθαι κτλ. Plut. de def. or. 45 p. 434 E. De Aesculapio: συμβολῆσαί τις περὶ Κόρνους αὐτᾷ καὶ τοῖς ἑπομένοις ἔδοξε τὰν ὄψιν εὐπρεπὴς ἀνήρ iam. Epid. nr. 80 V 29 sq. De homine barbaro miraculoso, qui cum daemonibus nymphisque vivere solebat atque certo anni die apud mare Rubrum hominibus se offerebat, apud Plut. legitur hoc: κάλλιστος μὲν ὢν εἶδον ἀνθρώπων ὀφθῆναι de def. or. 21 p. 421 A.

Pulchritudo cum iuventute coniuncta.

Iam supra citavimus Tac. Hist. IV 83 de iuvene pulchro et magno. Vide iam. Epid. nr. 59 XVI, 118: ἔφα ὄψιν εἰδεῖν, δοκεῖν νεανίσκον εὐπρεπῆ τὰμ μορφὰν ἐπὶ τὸν δάκτυλον ἐπιπῆν φάρμακον. De Telesphoro: ἐδόκει νέος κομιδῇ καὶ ὡραῖος ἰδεῖν Marin. v. Procl. 7. De Machaone et Podalirio: ἤδη γάρ τινες καὶ δύο νεανίσκους, ὡς ἐδόκουν, ἐθεάσαντο ὕπαρ κατὰ τὴν ἐπὶ τὰ Ἄδροττα ὁδόν, μάλα εὐειδεῖς κτλ. ib. 32. Aristoteles narravit Eudemo familiari suo aegrotanti „*visum in quiete egregia facie iuvenem dicere*“ e. q. s. Cic. de div. I 25, 53. De Protesilai iuventute: γέγονε μὲν γὰρ ἀμφὶ τὰ εἴκοσί που μάλιστα ἔτη . . . ἁβρῷ δ' ἰούλῳ βρύει Philostr. Heroic. 673 p. 141, 25. cf. εἶδον τὸν νεανίαν 674 p. 142, 10. v. etiam Kenyon Greek Papyri p. 124, 11 sqq.: ταῦτα εἰπὼν ὄψῃ γυναῖκαν ἐπὶ ὄνου καθηζο-

---

1) Heroas omnino magnitudine excellere elucet e schol. Demosth. de falsa leg. 279 p. 437, 20 Dind.: ἐκλήθη δὲ ἥρως διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος.

[μ]ένη (?) *εὔμορφον* λίαν ὑπερβ[ολ]ην[1]) οὐράνιόν τι *κάλλος* ἔχουσα[ν] ἀδιηγήτως ὡραίαν καὶ [ν]*έαν* κτλ. Vel Wessely Griech. Zauberpapyrus p. 36, 634 sqq.: ὅταν οὖν τοῦτο ποιήσῃς, ὄψῃ θεὸν *νεώτερον εὐειδῆ* πυρίτριχα ἐν χιτῶνι *λευκῷ* καὶ χλαμύδι κοκκίνῃ ἔχοντα *πύρινον στέφανον*. (cf. p. 10 sq.) Pulchritudinem mulieris per somnium visae eiusque vestes albas etiam Socrates adnotat in Platonis Criton. p. 44 A/B: ἐδόκει τίς μοι γυνὴ προσελθοῦσα *καλὴ* καὶ *εὐειδής*, *λευκὰ* ἱμάτια ἔχουσα, καλέσαι με καὶ εἰπεῖν κτλ. Quocum egregie concinunt, quae apud Aristotelem leguntur περὶ ἐνυπνίων 458 b 10 p. 63 Biehl: ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῇ δόξῃ (sc. τὸ ἐνύπνιον αἰσθανόμεθα). οὐ γὰρ μόνον τὸ προσιόν φαμεν ἄνθρωπον ἢ ἵππον, ἀλλὰ καὶ *λευκὸν* ἢ *καλόν*.

Odores dulces e personis exeunt apparentibus.

De Athena: ἀπῶζεν δὲ καὶ τῆς αἰγίδος ὅτι *ἥδιστον* Aristid. II 403, 27 K. De Protesilao: ἀπόζει αὐτοῦ *ἥδιον* ἢ τοῦ μετοπώρου τῶν μύρτων Philostr. Heroic. 673 p. 141, 27. cf. Plut. de def. or. 21 p. 421 B (v. supra): φθεγγομένου δέ, τὸν τόπον *εὐωδία* κατεῖχε, τοῦ στόματος *ἥδιστον ἀποπνέοντος*.

Evanescunt subito, quod exprimitur verbis ἀποπέτεσθαι vel ἀφανὴς γίγνεσθαι.

τὸν μὲν ταῦτα εἰπόντα ἐδόκει ὁ Ξέρξης ἀποπτάσθαι Herod. VII 13. ἀφανὴς αὐτῷ ἐγένετο (Telesphorus) Marin. v. Procli 7.

Ex his, quae catalogi vel indicis instar conferre idoneum esse putavi, satis elucet in somniis describendis, at quidem iis somniis, quae vi divina praedita esse credebantur, semper easdem occurrere res. Quod quidem ad sensus somniantium universe pertinet, nobis dicendum est illa, quae primo loco composuimus quaeque Iamblichi praecipue verbis optime illustrantur, mysticam quandam exhibere indolem: dico de iis, quae aures, oculos, totius corporis sensum afficiunt, de vocibus, quae audiuntur, de mystica luce fulgente, de aura amoena, qua circumeuntur somniantes. Sunt inter nostrae quoque aetatis hypnotismi et spiritismi auctores, qui talia in consessibus suis fieri asseverent. Magis etiam perspicuum est concinere quae de dis ipsis vel daemonibus divinitus missis proferuntur. Quorum magnitudo pulchritudo iuventus caelestem naturam atque originem declarant; summam enim numina illa perfectionem *praestant* atque absolutionem[2]). Qua in re monendum videtur inesse nonnihil, quod de beatorum terra eorumque indole quae referuntur, in memoriam vocare possit. Sic odores dulces, quos e personis apparentibus exire adnotavimus in illius quoque terrae descriptionibus non semel commemorantur. cf. cum iis, quae supra attulimus, Plut. de sera num. vind. 22 p. 565 F: *ἐξέπνει* δὲ μαλακὴν καὶ πραεῖαν αὔραν *ὀσμὰς* ἀναφέρουσαν ἡδονῆς τε θαυμασίας κτλ. Vel Luc. ver. hist. II 5: θαυμαστή τις αὔρα *περιέπνευσεν* ἡμᾶς, ἡδεῖα καὶ *εὐώδης*, οἵαν φησὶν ὁ συγγραφεὺς Ἡρόδοτος ἀπόζειν τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. (cf. etiam p. 10.) Quibus

1) ? *„The reading of this word is very doubtful"* Kenyon.
2) Id quod vernacula lingua significamus voce 'Idealgestalt'.

de rebus cf. Dieterich Nekyia p. 30sqq. Eiusmodi consensum exstare non mirum, cum eadem perfectione atque absolutione omnia excellant, quae ad illam beatorum terram pertinent. Num fortasse quis artior statuendus sit conexus, ut non negamus ita hoc loco nec volumus quaerere nec possumus.

Caput II.

De incubandi ritibus symbolisque.

In hoc capite altero colligendos mihi ac paucis illustrandos proposui ritus incubationi praecedentes nec minus symbola, imprimis animalia, quae in illo vaticinandi genere aliquam vim prae se ferunt. Qua de vi ipsa, quamquam fortasse rationem quandam indicare licebit, tamen cautiores sumus, quam ut in ultimas latebras reconditas irrumpamus. Hoc quidem, ut consentaneum, ita monendum est ritus illos ac symbola omnino in chthoniae quam vocamus religionis conspectu nobis offerri: nec mirum, si memineris subterraneos deos *δι' ἐγκοιμήσεως* vaticinari.

Atque statim incipiamus a ritibus enumerandis. Quorum ceterum partem non modo ii observabant homines, qui ad incubandum in alicuius dei templum venerant, sed omnes, qui operam dabant, ut vel domi lecto prostrati somnium acciperent perspicuum h. e. quod Graeci appellabant *ὄνειρον ἐναργῆ*[1]). Ciceronis locum modo adnotatum secuti seorsum dicemus de cultu et victu, ita tamen, ut priore loco ponamus victum, quippe qui certioribus finibus sit inclusus.

A. Ritus.

I. Victus.

In Amphiarai sacro supplices ieiunabant unum per diem[2]).
In Plutonio apud Nysam aegroti nonnullos dies morabantur *σιτίων χωρίς*[3]).
Similia apud Trophonium observata esse videntur[4]).

---

1) *„Iam Pythagoras et Plato, locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent“* Cic. de div. II 58, 119.

2) *καὶ λαβόντες οἱ ἱερεῖς τὸν χρησόμενον σίτου τε εἴργουσι μίαν ἡμέραν καὶ οἴνου τρεῖς* Philostr. V. Apoll. II 37 p. 79, 20 K.

3) Strabo XIV 1, 44 p. 649.

4) cf. versum e Cratini Trophonio frg. 218 Kock, qui traditur in Bekkeri Anecd. I 358, 2. Suid. s. v. *αἴρασθαι* I 2 p. 46, 13 Bernhardy. Zonar. 93 omisso poetae nomine: *οὐ σῖτον ἄρασθ', οὐχ ὕπνον λαχεῖν μέρος* (scil. *ἔξεστι* vel simile). Duae explicationes, quas Bergkius praebet in Commentationibus de reliquiis comicorum Atticorum antiquorum p. 216 sq., sensu carent, altera: hominem adeo aegrotum fuisse, ut neque edere posset neque dormire: quia Trophonius non erat

Adde Tertulliani verba de an. 48 C. S. E. L. XX 1 p. 379, 14: „*apud oracula incubaturis ieiunium indicitur.*“

De ieiunandi effectu v. Cic. de div. I 51, 115: „*animus . . . omnia, quae in natura rerum sunt, videt, si modo temperatis escis modicisque potionibus ita est adfectus, ut sopito corpore ipsi vigilet.*“ Galen. Hippocr. Praedict. I 1, 5 t. 16 p. 525 Kuehn: *καὶ τῶν ὑγιαινόντων δὲ τοῖς μὲν ἐνδεῶς διαιτηθεῖσιν ἐναργεῖς οἱ ὄνειροι γίνονται.* cf. Guys Litterarische Reise nach Griechenland, aus dem Französ. übers. I. Teil 158, citat. apud Kinderlingium Der Somnambulismus unserer Zeit etc. p. 28: „*Die Griechen bereiten sich noch jetzt, wie ehemals, durch Fasten zu, um glückliche Träume zu haben.*“ — In magicis praeceptis per diem saltem esum interdum vetitum fuisse elucere videtur e Wesselyo Griech. Zaubpap. p. 22, 73 sq.: *ὅταν δὲ μέλλῃς καθ' ἡμέραν ἐν τῇ ἁγνείᾳ ἐσθίειν καὶ κοιμᾶσθαι, εἰπὲ τὸν λόγον κτλ.* Animadvertas, quod verbo *ἐσθίειν* additur *καὶ κοιμᾶσθαι.* Itaque hic quoque aliquod ieiunium cum vigiliis quibusdam coniunctum fuisse videtur, id quod e Cratini Trophonii fragmento concludere studuimus.

Id quod ieiunando effici volebant, homines ut propensiores fierent ad divinationem illam per somnia accipiendam, similiter efficiebatur non omnibus cibis vetitis, tamen nonnullis, cum alias ob causas tum quia iis potissimum obscurari animam atque hebetari putabant.

Itaque faba interdicebatur, ut videtur, apud Amphiaraum[1]).

cf. Geopon. II 35, 4 p. 179 Niclas: *οἱ δὲ φυσικοί φασι τοὺς κυάμους ἀμβλύνειν τὰς καρδίας τῶν ἐσθιόντων αὐτούς. διὸ καὶ ἐμποδίζειν ταῖς εὐθυνειρίαις νομίζονται, εἰσὶ γὰρ πνευματώδεις.* Similes locos permultos adfert N. ad l. Apud Plutarchum componuntur ut somniis noxia faba et polypi caput (Sympos. VIII 10, 1 p. 734 F): *ὅτι δ' ἐστὶ τῶν βρωμάτων ἔνια δυσόνειρα καὶ ταρακτικὰ τῶν καθ' ὕπνον ὄψεων, μαρτυρίοις ἐχρῶντο τοῖς τε κυάμοις καὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ πολύποδος* (cf. Plut. de aud. poet. 1 p. 15 B), *ὧν ἀπέχεσθαι κελεύουσι τοὺς δεομένους τῆς διὰ τῶν ὀνείρων μαντικῆς.* Polypi caput in eroticis aliquid valuisse elucet ex Athenaeo VII p. 316 c: *Διοκλῆς δ' ἐν α' Ὑγιεινῶν ‘τὰ δὲ μαλάκια, φησί, πρὸς ἡδονὴν καὶ πρὸς τὰ ἀφροδίσια· μάλιστα δὲ οἱ πουλύποδες’.* Quod si consideremus, fortasse aliquam vim inesse concedamus Laert. Diog. loco, ubi Pythagoreorum praecepta enumerantur (VIII 1, 34): *ἀπέχεσθαι τῶν κυάμων ἤτοι ὅτι αἰδοίοις εἰσὶν ὅμοιοι ἢ κτλ.* cf. Suid. s. v. *Πυθαγόρας* (p. 553, 11 Bernh.): *τοὺς κυάμους δὲ ἀποτρέπεσθαι, ὅτι αἰδοίοις*

---

deus sanatorius, sicut Amphiaraus vel Aesculapius; altera: in ipso adyto, cum descendisset, supplicem suscitatum neque edere posse neque dormire: quia hoc per se videtur absurdum. Dicitur mea quidem sententia versus ille de ieiunio et vigiliis, quibus homines aptiores fiant rebus divinis percipiendis; cui explicationi fortasse opponet quis Pausaniae locum (IX 39, 5): *καί οἱ* (scil. in *ἀγαθοῦ δαίμονος* aedificio habitanti) *καὶ κρέα ἄφθονά ἐστιν ἀπὸ τῶν θυσιῶν.* Qua in re tamen nescio an haec Pausaniae verba tantum valeant. Licet conferre, quod Meiners Geschichte aller Religionen II p. 404 de equite Oeneo narrat, qui priusquam in Sancti Patricii antrum apud Dungalium in Ivernia situm proficiscatur, quindecim dies noctesque orare debet, vigilare, ieiunare. De antro illo Patricii Trophaniano antro simili loquitur Schoemann Griech. Altert. II³ 338, 1.

1) Aristophanis Amphiarai frg. 23 K.: *ὅστις φακῆν ἥδιστον ὄψων λοιδορεῖς.* Quocum conferendus locus Geoponicorum II 35, 8 p. 182 Niclas: *πρῶτος δὲ ἀπέσχετο κυάμων Ἀμφιάραος, διὰ τὴν δι' ὀνείρων μαντείαν.*

ἐοίκασι. Faba in eroticis quid valuerit, v. apud Friedreichium Symbolik u. Mythologie der Natur, Wuerzburg 1859 p. 201 sq. Fabam apud Pythagoreos vetitam fuisse notissimum est locisque innumerabilibus exprimitur. Consenserunt cum Pythagoreis Orphici et sacerdotes Eleusinii, qua de re v. Lobeck Aglaoph. p. 251 sqq. — Faba in magicis: Wessely Griech ZP. p. 87, 2682. κυαμών ib. 40, 769; 44, 941. κύαμος Αἰγύπτιος Dieterich Abraxas p. 171, 6 sq. ὄσπρια Dieterich Pap. mag. I 2. v. etiam Dieterich ib. p. 784, 2. Abrax. p. 158 Anm. Riefs Pauly-Wissowa s. v. Aberglaube p. 53.

Vetabantur animalia edere qui Fauni adibant oraculum[1]).

Pythagorei, qui omnia evitabant, ὅσα . . εἰς μαντικὴν ἐνεπόδιζεν ἢ πρὸς καθαρότητα τῆς ψυχῆς καὶ εὐαύγειαν (Iambl. v. Pyth. 24 p. 78, 15 N.), animalibus quoque abstinebant: vide ex. gr. Ovid. met. XV 72 sqq.: „*primusque animalia mensis | arguit imponi*“ e. q. s. Apollonius ille Tyanensis, qui totam per vitam εὐθυονειρίαν sibi servare studebat (cf. infra p. 25) cuiusque vivendi ratio cum Pythagoreorum praeceptis nonnihil cohaerebat, τραγήματα . . καὶ λάχανα ἐσιτεῖτο, καθαρὰ εἶναι φάσκων, ὁπόσα ἡ γῆ αὐτὴ δίδωσι Philostr. V. Apoll. I 8 p. 7, 23 K. cf. ib. VIII 7 p. 314, 11 K.: ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ σιτίων, ὡς λεπτὰ καὶ ἡδίω τῆς ἑτέρων συβάριδος, ἐν ἀρχῇ εἴρηται. τοῦτό μοι, ὦ βασιλεῦ, τὰς αἰσθήσεις ἐν αἰθρίᾳ τινι ἀπορρήτῳ φυλάττει κοὐκ ἐᾷ θολερὸν περὶ αὐτὰς οὐδὲν εἶναι, διορᾶν τε, ὥσπερ ἐν κατόπτρου αὐγῇ, πάντα γιγνόμενά τε καὶ ἐσόμενα. Alios quoque, quomodo perspicua acciperent somnia, Pergami docebat, ib. IV 11. De quibus omnibus longior fieri non possum. Maxime tamen hac in re memorabilis et qui adnotetur dignissimus videtur locus prioris papyri Partheyanae, ubi dicitur deum advocatum omnia praebiturum ἐκ τῶν ἐδεσμάτων . . . . χωρὶς ἰχθύων [μό]νων, λαχάνων δὲ πλῆθος, ὃ θέλεις, ἄξει Parthey Zwei Berl. ZP. p. 122, 103 sqq. Deinde cf. Wessely Gr. ZP. p. 39, 734 sqq.: συναγνευέτω σοι ἡμέρας καὶ ἀποσχέσθω ἐμψύχων καὶ βαλανείου. cf. ib. 22, 52 sqq.: προαγνεύσας ζ' ἡμέρας . . . ἐναίμων καὶ ἀνεψε[τῶν] ἀπεχόμενος κτλ. Denique v. Parth. 120, 22 sq.: ποίησον παράθεσιν ἐν ἀψύχοις φαγ[ή]μασιν.

Τρίγλη τρυγὼν μελάνουρος apud Trophonium interdicti fuisse videntur[2]).

Inter Haloa ferias Cereris mysticas cum aliae escae vetabantur tum trigle marina et melanurus: schol. Luc. dial. mer. VII 4 publ. iur. fact. a Rohdio Rh. Mus. XXV p. 558, 26 sq. Eadem apud Pythagoreos interdicta: μὴ γεύεσθαι μελανούρων Plut. de lib. educ. 17 p. 12 D. ἀπέχεσθαι . . . τριγλῶν καὶ μελανούρων Laert. Diog. VIII 1, 33. Alios locos v. ap. Rohdium l. c. p. 560. τρίγλη sacrificata esse dicitur Hecatae Corae Priapo, Stengel Griech. Kultusaltertümer² p. 109. Athenis locus exstabat, quem Trigla vocabant; ibidem ἀνάθημα erat Hecates Triglanthines, Athen. VII 325 d. cf. Eustath. ad Il. Υ 73 p. 1197, 30. — Omnino pisces in nonnullis cultibus vetantur, cf. Plut. Is. et Os. 7 p. 353 C: ἰχθύων δὲ θαλαττίων πάντες μὲν οὐ πάντων ἀλλ' ἐνίων ἀπέχονται . . . . . οἱ δ' ἱερεῖς ἀπέχονται πάντων. cf. Parthey p. 142 ad v. 104. Quocum congruit, quod legis in papyro Partheyana supra a nobis citata: omnia praebere deum χωρὶς ἰχθύων (p. 122, 103 sqq.). cf. ib. 128, 290: (ἀπεχόμενος) πάσης ἰχθυοφαγίας.

---

1) „*nec fas animalia mensis ponere*“ Ov. Fast. IV 657 sq.

2) v. Cratin. Trophonii frg. 221 Kock: οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι τρίγλην, | οὐδὲ τρυγόνος, οὐδὲ δεινοῦ φυὴν μελανούρου.

Vino abstinebant apud Amphiaraum per tres dies[1]).

τὸ μαντικὸν τὸ ἐκ τῶν ὀνειράτων ... ῥᾷον διορᾷ (ἡ ψυχή) μὴ ξυντεθολωμένη ὑπὸ τοῦ οἴνου Philostr. V. Apoll. II 37 p. 79, 1 K. τὸ χρησμῶδες ἐν ταῖς νηφούσαις ψυχαῖς τίθενται ib. p. 79, 14. cf. quae Philostr. ib. I 9 de iuvene narrat Assyrio ab Aesculapio neglecto, quia ἐτρύφα νοσοῦν (τὸ μειράκιον) καὶ ἐν πότοις ἔζη (p. 8, 11). „*Die Götter der Unterwelt hassen den Wein*" Stengel Kultusaltert.[2] p. 93. Propterea non vinum iis libatur, sed potus quidam, quem νηφάλια vocabant, quia vino carebat. Stengel l. c. p. 93 sq. Diels Sibyllin. Blätter p. 70 sq. cf. Wess. Gr. ZP. 22, 57: οἴνου ἀπεχόμενος; antecedit (52) προαγνεύσας, quo lustrandi causa potu abstinendum esse declaratur. Riefs Pauly-Wissowa s. v. Aberglaube p. 34, 67.

Faunum consulturos castos esse decebat[2]).

Adde Tertull. de an. 48 C. S. E. L. XX 1 p. 379: „*apud oracula incubaturis . . . castimonia inducitur*". (cf. p. 15.)

Homines castos divinandi arti occupandae idoneos esse demonstrat Pomp. Mela III 6, 48, qui de Gallizenis refert perpetua virginitate sanctis, Senae in insula habitantibus, quas insanabilia sanare, ventura scire et praedicare putabant. cf. quae apud Paus. VII 25, 13 de Terrae traduntur sacerdote: γυνὴ δὲ ἡ ἀεὶ τὴν ἱερωσύνην λαμβάνουσα ἁγιστεύει μὲν τὸ ἀπὸ τούτου, οὐ μὴν οὐδὲ τὰ πρότερα ἔσται πλέον ἢ ἑνὸς ἀνδρὸς ἐς πεῖραν ἀφιγμένη. Sacerdotem illam vaticinando fungi e Plinio agnoscas Hist. nat. 28, 9, 41 (cf. infra p. 41). Christiani quoque perspicua somnia expetentes castae vitae operam dandam esse intellegebant. cf. quae monet Synesius de insomniis 7 Migne Patrol. Gr. t. 66 p. 1301 A, ubi exponit qua ratione nos ipsi ad divinandi artem exercendam possimus educare: καί τινες ἤδη διὰ τὸ τοιοῦτο λιχνείᾳ δελεασθέντες προγνώσεως, τράπεζάν τε ἀπὸ φλεγμαινούσης ἱερὰν καὶ ἄτυφον προὔθεντο, καὶ κοίτην ἠσπάσαντο καθαρὰν καὶ ἀμόλυντον. ὁ γὰρ ὅσα τῷ Πυθοῖ τρίποδι τῇ κλίνῃ χρησόμενος, πολλοῦ δεῖ μάρτυρας ἀκολασίας τὰς ἐν αὐτῇ νύκτας ποιήσασθαι. „*Beischlaf ward als verunreinigend angesehn*" Stengel Kultusalt.[2] p. 148. cf. Riefs Pauly-Wissowa s. v. Aberglaube p. 34 sq. v. Parthey p. 128, 291: (ἀπεχόμενος) πάσης συνουσίας.

Vigilasse videntur Trophonii supplices[3]).

Balnea calida apud Trophonium vetabantur[4]).

cf. Wess. Gr. ZP. p. 39, 735 sq.: ἀποσχέσθω . . . βαλανείου (cf. p. 16).

II. Cultus.

Apud Trophonium duo genera instaurabantur sacrificiorum, alterum Trophonio ceterisque dis Lebadeae cultis minoris momenti alterum maioris nocturnum epibothrium, e cuius extis cognoscebant, utrum supplici liceret descendere necne; adhibebatur in hoc altero sacrificio aries ater, de quo infra. (Paus. IX 39, 5. 6.)

Apud Amphiaraum quoque duplex usitatum erat sacrificium, quam-

1) Philostr. V. Apoll. II 37. cf. p. 14, 2.

2) „*usus abest Veneris*" Ov. Fast. IV 657.

3) cf. p. 14, 4.

4) διαιτώμενός τε ἐνταῦθα . . . λουτρῶν εἴργεται θερμῶν Paus. IX 39, 5.

quam hoc loco, quantum valuerit utrumque, nos fugit; qua in re si similia statuamus, non vereor ne fallamur, praesertim cum etiam hic prius Amphiarao disque Oropi cultis[1]) instauraretur sacrificium, in altero vero itidem mactaretur aries[2]).

De Calchantis oraculo Strabo tradit (VI 3, 9 p. 284) arietem immolari atrum.

Fauno centum bidentis mactavit Latinus (Verg. Aen. VII 87. 93), duas oves Numa (Ov. Fast. IV 652 sq.).[3])

Elysius quidam Terinaeus, ut incubando, qui filium interfecisset, cognosceret, psychomanteum adiit ibique *προεθύσατο*[4]).

Eadem vox (*προθύεσθαι*) in iamatis occurit Epidauriis, ubi de puero agitur, qui mutus in Asclepieum pervenit deoque sacrificium instauravit[5]).

In Aristophanis Pluto ante *κατάκλισιν* instituendam in ara placentae cremantur[6]).

De sacrificiis nocturnis in cultu chthonio usitatis v. Stengel Kultusalt.² p. 111. 127. 133. v. etiam oraculum saeculare v. 6 apud Dielesium Sibyllin. Bl p. 134. (cf. v. 13.) Rohde Psyche² I 149, 2. — De epibothriis in Hecates cultu Stengel l. c. p. 111. De fossis ad sacrificandum factis Stengel ib. p. 17 sq. 26. 131.

In altero sacrificio ante Trophonium consulendum instituto frater eius invocabatur — Agamedes[7]).

---

1) *θύουσι δὲ καὶ αὐτῷ* (sc. Amphiarao) *καὶ πᾶσιν ὅσοις ἐστὶν ἐπὶ τῷ βωμῷ* (sic enim recte emendavit Bethe Genethliacon Gottingense p. 176, quod recepit Hitzig) *τὰ ὀνόματα* Paus. I 34, 5.

2) ib. pergitur: *προεξειργασμένων δὲ τούτων, κριὸν θύσαντες . . . καθεύδουσιν.*

3) Ceterum incertum est, utrum sit idem oraculum Fauni, quod a Latino quodque a Numa aditur; regio fere eadem. Illic prope Tibur, hic accuratius non significata, certe prope Romam; illic lucus, hic silva. Tamen hoc nihil ad rem.

4) Plut. consol. ad Apoll. 14 p. 109 C: (dicunt eum) *ἀφικέσθαι ἐπί τι ψυχομαντεῖον, προθυσάμενον δ' ὡς νόμος ἐγκοιμᾶσθαι κτλ.*

5) nr. 59 V 42: *ὡς δὲ προεθύσατο καὶ [ἐπόησε τὰ] νομιζόμενα κτλ.*

6) vv. 660 sqq.: *ἐπεὶ δὲ βωμῷ πόπανα καὶ προθύματα | καθωσιώθη πέλανος Ἡφαίστου φλογί, | κατεκλίναμεν τὸν Πλοῦτον.* Videtur inesse versibus aliquid corrupti: pro *προθύματα* scribitur *θυλήματα*, quod ex scholiis est haustum; tamen quod codices praebent: *προθύματα*, cum optime stet, retinendum. cf. *προθύεσθαι* in adnn. 4. 5. v. etiam Lobeck Agl. p. 1083. Pro *πέλανος* Bergkius *μέλανος* coniecit, id quod arridet quidem, tamen dubium.

7) Paus. IX 39, 6. Cuius Agamedis vis est obscura nec satis perspici potest, quid inter daemones valuerit; heroibus medicis, velut *Μήδειος Μήδεια Ἀγαμήδη* eum adserendum esse putat Usenerus Götternam. p. 163. Coniungitur cum Trophonio fratre templis vel aliis aedificiis exstruendis. Sic de Neptuni templo prope Mantineam sito cf. Paus. VIII 10, 2. (Solus Trophonius Apollinis templum Pagasis exstruxisse dicitur ab Heraclide Pontico in schol. Hesiod. scut. 70. Idem subterraneam illam cavernam, in quam oracula petentes per scalam angustam solebant descendere exaedificavisse dicitur: *κατεσκεύασεν ἱερὸν ἐν τῇ Λεβαδείᾳ τῆς Βοιωτίας ὑπὸ γῆν, καὶ καλεῖται Τροφωνίου* schol. Ar. Nub. 508 I. *ποιήσας*...

Ipse Trophonius adorabatur statua eius, quae Daedali opus esse tradebatur, adspecta atque culta. (Paus. IX 39, 8.)
In Daunia homines se ipsos aegrotos sive pecora sua Althaeni fluctibus immergentes Podalirium, in cuius tumulo pellibus substratis per somnum oracula exspectare solebant (Lycophron 1050 sq. + Tzetzes), invocabant propitius adesset[1]).
Numa Fauno incubat *„adorato per sua verba deo“* (Ov. Fast. IV 660).

ὑπόγειον οἴκημα ib. IV. = schol. Luc. dial. mort. 3 II. *τὸ αὐτοῦ συνεστήσατο χρηστήριον* ib. IV. Denique apud Photium s. v. *Λεβαδεία* inveniuntur haec: *πόλις Βοιωτίας, ἐν ᾗ Διὸς μαντεῖον, Τροφωνίου κατασκευάσαντος.* Quibus ex verbis apparet, quantopere Trophonius cum illo Iove Rege [*Ζεὺς Βασιλεύς*], cui iuxta Trophonium ipsum seorsum ludi celebrabantur [*Βασίλεια*], confusus sit. Sunt enim proprie Trophonius et Iuppiter Rex unum quoddam daemonium chthonium, certe eiusdem numinis emanationes, eo magis, quod Trophonius ipse, sicut alii di chthonii 'Iuppiter' appellabatur. cf. Rohde Psyche² I p. 125, 1.) De Alcmenes thalamo Thebis exaedificato v. Paus. IX 11, 1. Exstabat in eo epigramma (= Antholog. Palat. Append. 114), cuius est versus tertius isque ultimus: *Ἀγχάσιος δ' ἐποίησε Τροφώνιος ἠδ' Ἀγαμήδης*; ubi cognomen *Ἀγχάσιος* Trophonio additum obscurum explicatione caret. De Thesauro Hyriei cf. Paus. IX 37, 5. 6: Trophonius Agamedis capti decidit caput. cf. Suid. s. v. *εἰς Τροφωνίου μεμάντευται* = Plut. Proverb. I 51 (Paroemiogr. Gottingens. I 329). Eadem historia alium in locum translata in schol. Ar. Nub. 508 II: *ἐν Ἤλιδι . . ταμιεῖον χρυσοῦν κατεσκεύασαν Αὐγείᾳ*, Trophonius scilicet et Agamedes, qui hoc loco non frater exstat Trophonii, sed pater, rex Stymphali Arcadiae, Epicastes maritus. Suppeditatur tamen Trophonio alius frater Cercyon, *γνήσιος* nominatus *υἱὸς* Agamedis et Epicastes, cum Trophonius *σκότιος* cognomine quasi ad infernam eius naturam spectante exornatus Epicastes tantum *παῖς* vocetur, quam in matrimonium duxerit Agamedes. Notissima fuit inter antiquos historia de templo Delphico a fratribus exaedificato (Paus. IX 37, 5. X 5, 13. Strabo IX 3, 9 p. 421. Steph. Byz. s. v. *Δελφοί.* Plut. consol. ad. Apoll. 14 p. 109 A. idem frg. XXII 7 t. VII p. 126, 11. Bernardakis. Cic. Tusc. I 47, 114. Arsenius Violetum p. 455 Walz. Plato Axioch. p. 367 C = Stob. Floril. 98, 75. *λάϊνον οὐδὸν* tantum fecerunt secundum hymn. Homer. in Apoll. v. 296) eorumque morte mercedis loco ab Apolline praebita, quippe quod optinum esset hominibus (Plut. utroque loco citato. Arsenius l. c. Plato l. c. = Stob. Cic. l. c. Spectat rem illam Pindari fragmentum [nr. 2 Christ] e scholio Luc. dial. mort. 3 publici iuris facto a Rohdio Philol. XXXV p. 199—201. Plutarchum et Ciceronem ex eodem fonte [Crantore *περὶ πένθους*] haurire adnotat Rohdius p. 200). De templo Delphico a fratribus exstructo v. etiam Cosmam ad Greg. Naz. carm. 64 t. 38 p. 513 Migne = Spicileg. Roman. ed. Ang. Mai t. II p. 184 sq., ubi est, quod corrigas; traditur enim: *ἠξιώθησαν δὲ Τροφώνιος καὶ Γαννμήδης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ μαντεύεσθαι διὰ τὸ κτίσαι αὐτοὺς τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἀπὸ οἰκείων χρημάτων. Γαννμήδης* perperam scriptum in *Γαμήδης* restituendum, quae forma per aphaeresin ex *Ἀγαμήδης* est orta. cf. *Γαμήδης ἐπόησε* in duobus vasis fictilibus Boeoticis, Kretschmer Griech. Vaseninschriften p. 52, id. Kuhns Zeitschr. 1899, 272.

1) cf. Lycophr. 1052 sqq.: *νόσων δ' ἀκεστὴς Δαυνίοις κληθήσεται, | ὅταν κατικμαίνοντες Ἀλθαίνου ῥοαῖς | ἀρωγὸν αὐδήσωσιν Ἠπίου γόνον | αὐτοῖσι καὶ ποίμναισι πρευμενῆ μολεῖν.* cf. Tzetz. ad l. *εἰώθασι* (sc. Daunii) . . . *ἀπολούεσθαι* . . . *καὶ ἐπικαλεῖσθαι τὸν Ποδαλείριον.*

Trophonii supplices noctu a duobus tredecim annorum pueris, quos Hermas[1]) vocabant, ad Hercynam fluvium ducebantur ibique oleo ab iis ungebantur. (Paus. IX 39, 7.)

---

1) Quippe qui ad inferos descensurum praepararent. Trophonium aliquo modo cum Mercurio coniunctum esse apparet e Ciceronis quoque loco notissimo (ND III 22, 56), de quo iam saepius viri docti disseruerunt: „*alter* (scil. Mercurius) *Valentis et Coronidis filius, is qui sub terris habetur idem Trophonius.*“ (cf. Arnobius IV 14 C. S. E. L. IV p. 152: „*sub terra est alter* [Mercurius], *Trophonius qui esse iactatur.*“) Itaque complures discrevere theologi Mercurios, quorum alter idem esset ac Trophonius. Valens et Coronis, Graece *Ἰσχύς* et *Κορωνίς* Aesculapii parentes. Qua ex re concluserunt viri doctissimi Trophonium atque Aesculapium unum eundemque fuisse deum, praesertim cum Pausanias (IX 39, 3. 4) Trophonii statuas Aesculapio simillimas fuisse traderet. (De dis medicis ad Aesculapii similitudinem effictis cf. nunc etiam Reischium in libro, qui inscribitur „*Festschrift für Benndorf*“ p. 145.) C. O. Mueller Orchom. u. d. Minyer[2] p. 195: „*(Es ist wohl wahrscheinlich), dass der Asklepios, den die Phlegyer und Minyer verehrten, eben Trophonios war, der mit Asklepios-Attributen zu Lebadeia angebetet wurde.*“ Et infra p. 196: „*(Es) kann über die ursprüngliche Einheit des Asklepios der Phlegyer und des Trophonios der Minyer auch nicht mehr der leiseste Zweifel obwalten.*“ Cui assentitur Wide de sacris Troez. p. 51. Nec secus Thraemer (Pauly-Wissowa s. v. Asklepios p. 1645) asseverat: „*Boiotien .. besitzt .. im lebadeischen Trophonios eine von Hause aus mit Asklepios identische, nur früh von ihm abgezweigte Localfigur.*“ (cf. eundem in Roscheri lexico I p. 623, 42.) Contra Welckerus Pausaniae loco inductus Trophonium vult intellegi, ubi apud eundem scriptorem (IV 34, 6) de Aesculapii statua in Messeniae oppido ‘Corone’ posita dicitur. (Zeitschrift für alte Kunst I p. 123; cf. not. 39.) Quod quidem fieri non potest. Nam Trophonius numquam cavernam suam Lebadeensem reliquit, immo hoc ipso germanum daemonem chthonium se praestabat, quod permanebat solo Lebadeensi adstrictus. Dukeri coniectura in Ampelii libr. memorab. VIII 3, qua Argis in Epiro Iovis templum Trophonii (traditur hyphonis: Typhonis probabiliter Dieterich De hymnis orphicis p. 46 sq.) nascitur, iam a Rohdio refutata (Psyche[2] I 121 adn.). Panofkae explicationes (Abh. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1848 phil.-hist. Kl. p. 111—119), qui e nummis Rheginis Rhegii Trophonium cultum esse concludere non dubitavit, omni carent fundamento. Neque vero, mea quidem sententia, contendere licet Trophonium Lebadeensem plane eundem esse atque Aesculapium. Utrumque deum cum Mercurio contaminatum esse (cf. de nat. deor. III 22, 57: „*secundus* [Aesculapius] *secundi Mercurii frater*“) non mirum, cum constet non pauca adhaerere Mercurio, quae chthoniam eius originem dilucide demonstrent. Mercurii matris nomen *Μαῖα*, quod valet ‘matercula’, nil nisi Terram matrem significare probabiliter coniecit Prellerus (Griech. Mythologie[4] I p. 390). Phallicae quam vocamus naturae vestigium (quae e Cyllenio Mercurio phalli instar efficto elucet [cf. Artemid. Oneirocr. I 45 et Paus. VI 26, 5, ubi una cum Mercurio nominantur Venus et Aesculapius!]) Rinckius (Religion der Hellenen I p. 102) videt in Odyss. ϑ 339 sqq., ubi Mercurius cum Venere concumbere vehementissime cupit. Addere liceat Ciceronis locum (ND III 22, 56): „*Mercurius unus Caelo patre, Die matre natus, cuius obscenius excitata natura traditur, quod aspectu Proserpinae commotus sit.*“ (cf. Arnob. IV 14 C. S. E. L. IV p. 152.) Huc pertinere mihi videtur, quod Plutarchus (de Is. et Os. 68 p. 378 B) de Mercurii festo narrat undevicesimo primi mensis die (apud Aegyptios videlicet) celebrato: *μέλι καὶ σῦκον ἐσθίουσιν.* Quid mel valuerit in chthoniis, notissimum (cf. infra p. 46). *σῦκον* fecunditatis signum; cf. Friedreich Symbolik etc. p. 318. Baccho sacrum erat. (cf. Bacchum

Adnecti potest, quod de Charonio Nysaeo Strabo narrat (XIV 1, 44 p. 650): iuvenes ephebosque, cum celebraretur panegyris, meridie nudos (cf. infra p. 24) atque unctos[1]) taurum in antrum ducere, ubi homines incubando dei consilia exspectare solebant.

Meilichium Naxi in insula, de cuius cognomine v. Athen. III 78 c: *διὰ τὴν τοῦ συκίνου καρποῦ παράδοσιν. διὸ καὶ τὸ πρόσωπον. . .τοῦ Μειλιχίου σύκινον. τὰ γὰρ σῦκα μείλιχα καλεῖσθαι.*) Obscenam quoque illius fructus significationem attendas. De fica in magicis v. Rieſs s. v. Abergl. p. 55 sq. — *Χθόνιος* Mercurius in papyro magica appellatur: Wess. Gr. ZP. p. 57, 1443. 1463: *Ἑρμῆ χθόνιε* (cf. 29, 338: *καταχθόνιος*). Omnino in magicis plurimum valet: cf. Wess. Gr. ZP. 78, 2288 sq., ubi nominatur *πάντων μάγων ἀρχηγενής*. („*Gott aller Totenbeschwörung*" Dieterich Abraxas p. 66.) Effigies eius vim magicam praestat: *πλάσον Ἑρμῆν* Wess. Gr. ZP. 79, 2361. idem p. 113, 392 = Kenyon Gr. Pap. p. 77, 378 (qui legit *πλάσμα Ἑρμοῦ* neque intellegit Wesselyum). cf. Wess. Neue Gr. ZP. p. 56, 55 sqq. = Kenyon 118, 54 sqq. *ἐγώ εἰμι Ἑρμῆς* quasi formula magica: Wess. Gr. ZP. 96, 2999. Divinandi quoque vis quaedam inest Mercurio, in lychnomantia advocatur *ὁ τρισμέγας* (cf. *τρισμέγιστος* Wess. Gr. ZP. 43, 886) *Ἑρμῆς* Wess. Neue Gr. ZP. 38, 560 = Kenyon p. 101, 551. Denique ut somniorum dux (*ἡγήτωρ ὀνείρων* vocatur iam in hymno Homerico III 14; cf. Dieterich Abrax. p. 65 adn. ad 8), id quod ad nos maxime attinet, in divinatione per somnum exercenda occurrit; v. Dieterich Pap. mag. p. 802 V 5: *γράψον εἰς βύσσινον ῥάκος . . . θεὸν [Ἑρμ]ῆν.* Inscribitur V 4: *Ὀνείρου αἴτησις.* cf. v. 8: *δεῖξαί μοι καθ' ὕπνους τόδε.* Maioris tamen momenti versus sunt tres, qui in Mercurii hymno leguntur praeceptis magicis inserto cum apud Wess. Gr. ZP. 113, 424 sqq. = Kenyon 78, 410 sqq. tum in 'oneiraeteto' quodam, de quo infra (p. 34) plura dicemus, Wess. Neue Gr. ZP. 45, 741 sqq. = Kenyon 106, 675 sqq. Hymnus a Wesselyo Gr. ZP. p. 4 sq. restitutus apud Dieterichum quoque invenitur (Abrax. 64). Versus commemorati leguntur v. 8 sqq.:

Μοιρῶν προγνώστης σὺ λέγῃ καὶ θεῖος ὄνειρος
ἡμερίνους χρησμοὺς καὶ νυκτερίνους ἐπιπέμπων·
ἴασαι τὰ βροτῶν ἀλγήματα σαῖς θεραπείαις.

Itaque his versibus arte coniunguntur *μαντικὴ δι' ὀνειράτων* et *ἰατρικὴ* (cf. *Ἑρμῆ ἐνεργέτα φαρμάκων* [*φαρμακον* pap.] Wess. N. Gr. ZP. 56, 28 sq. = K. 117, 27 sq.), quas dis chthoniis proprias esse constat. Memorabile quidem, si memineris ab Aesculapio Trophonio simili in hac adnotatione nos exiisse, quorum uterque alterutra potentia praecellebat.

1) Traditur *γυμνοὶ ἀπαληλιμμένοι* vel similia, quod viris doctissimis videbatur corruptum. Coniecerunt *ὑπαληλιμμένοι* Tzschuckius, *ἐπαληλιμμένοι* Coraësius, *λίπα ἀληλιμμένοι* Meinekius, id quod probavit Cramerus. Tamen omnes coniecturae illae supervacaneae sunt, quia traditum *ἀπαληλιμμένοι* possumus defendere. Iam vero si nullus alius locus nobis suppeditaretur, quo eodem modo verbum *ἀλείφειν* cum *ἀπὸ* praepositione coniunctum ad actionem quandam religiosam significandam adhiberetur, nihilo minus non sine dubitatione damnandum esset, quod Strabonis codices exhibent. Nam cum verisimile sit unctionem, de qua agitur, lustrandi causa susceptam esse, optime verbum *ἀπαλείφειν* videtur electum, quod quidem hoc modo circumscribi possit: *τῷ ἀλείφειν ἀποκαθαίρειν.* Conferas verbum *ἀπομάττειν*, de quo Dieterich in Mus. Rhen. 48 p. 279, 2 adnotavit: „*stehender Ausdruck für mystische Reinigung*". Accedit nunc, quod e papyris magicis, e quibus omnino incredibile est, quantum hauriri possit materiae, duos locos protrahere licet, quibus quae in Strabonis codicibus exarata sunt, stabili-

Unctio in magicis usitatissima: χρίον δέ σου τὰ χείλη τοῖς στέασι, τὸ δὲ σῶμα συνάλειψαι στυρακίνῳ ἐλαίῳ Wess. Gr. ZP. 54, 1338 sqq. τρίψας σὺν ἐλαίῳ σουσίνῳ Parthey 127, 248 sq. οὐκ ἀποχωρήσῃ (sc. ὁ θεός), εἰ μὴ ἐξαλείψῃς (ἐξαλιψης pap.) τὴν χεῖ[ρ]άν σου νάρδῳ ἢ ῥοδίνῳ Wess. Neue Gr. ZP. 27, 237 sq. = Ken. 92, 229 sq. χρῖε ὅλον τὸ σωμά[τι]όν σου Parth. 126, 224 sq. χρῖσόν σου τὸ μέτωπον μόνον Parth. 127, 256. χρῖέ σου τὰ χείλη ib. 150, 19. ἔγχριε τοὺς ὀφθαλμούς σου Wess. Neue Gr. ZP. 31!, 344 = Ken. 95, 336. χρίων αὐτοῦ τὴν ὄψιν Wess. Gr. ZP. 39, 746. ἐγχρισάμενος Wess. ib. 22, 51. (cf. 21, 47.) τὸ δὲ χρῖμα τὸ ἀπ' αὐτοῦ (sc. τοῦ δακτυλίου) χρίου κατὰ πρωΐ (καταπρωϊ W.) Wess. Gr. ZP. 108, 228 sq. = Ken. 72, 224 sq. ἴβεως πτερὸν χρίεται Wess. Gr. ZP. 40, 802 (cf. Wess. N. Gr. ZP. 31, 345 = Ken. 95, 337). ὠὸν ἱέρακος.. χρῖσον Dieterich Abr. 187, 21 sq. χρῖσον ... ἐλλύχνιον λίπει κριοῦ μέλανος Wess. Gr. ZP. 47, 1091 sq. χρῖ]σον ... αἵματι Τύφωνος καὶ χοιρίου κτλ. ib. 102, 3260. ὠὸν χρῖε κρόκῳ μείξας μετ' οἴνου Wess. N. Gr. ZP. 25, 170 sq. = Ken. 89, 170 sq. χρίσας ... κορκοδείλου ἀφοδεύματι Dieterich Abr. 188, 8 sq. χρίσῃ (sic scribendum esse puto [χρισῃ p.] neque vero χρίσας, quod proponit Wess., qui versu sequenti στεφανώσεις in στεφανώσας mutare cogitur, quod ratione caret; immo futurum στεφανώσεις similiter ac futura ὀνειροπομπήσεις, καταδήσεις [infra 945 = 877 K.] hic quoque futurum exstare indicant; forma medialis offensionem non praebet) τε αὐτὴν (Selenam effictam) [και: delendum; irrepsit, quia coniunctio καί hic cumulatur] τῷ σεληνιακῷ χρίσματι καὶ στεφανώσεις κτλ. Wess. N. Gr. ZP. 51, 941 sq. = Ken. 112, 873 sq. cf. ib. 946 sq. = 878 sq.: προχρισάμενος δὲ τοῦ χρίσματος. Ceteroquin oleum alias quoque in magicis adhibetur. cf. Wess. N. Gr. ZP. 26, 199 = Ken. 90, 199: λαβὼν ἔλαιον εἰς τὰς χεῖρας κτλ. cf. ib. 27, 211 = Ken. 91, 211 alia. cf. Luc. (deor. conc. 12): ἤδη πᾶς λίθος καὶ πᾶς βωμὸς χρησμῳδεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ.

Trophonium adituri unctione facta statim ab iisdem Hermis — pueris lavabantur. (Paus. l. c.)
Aegrotum ante Aesculapium consultandum lavari docet Aristophanis Plutus[1]).

---

untur. Altero loco (Wess. N. Gr. ZP. 58, 109 = K. 120, 108) habitu dei apparentis descripto hoc legitur: ἐὰν δὲ χρηματίσῃ (sc. ὁ θεός) σοι, ῥοδίνῳ μύρῳ ἀπάλειψόν (απαλιψον pap.) σου τὴν χεῖραν. Itaque praescribitur oleo roseo ungere manus, sine dubio actio mystica ritu constituta. Altero loco (ib. 38, 535 = 101, 527) deum invocanti imperatur, ut e duobus ovis altero confracto alterum aperta manu dextera solem orientem versus tollat; secuntur verba καὶ ἀπολιψας ῥόφησον, h. e. sorbeas illud, ἀπολιψας. ἀπαλείψας iam a Wesselyo correctum, suo iure: nam si ab ἀπολείπειν derivaveris formam traditam, id quod per se fieri potest, quia hac in graecitate aoristi sigmatici quos vocant saepius formantur eorum verborum, quae aetate classica iis carent, tamen sensum te aliquem elicere posse despero; propterea ἀπαλείψας videtur certissimum. Tantummodo dubitari potest, utrum ὠόν sit supplendum an σεαυτόν, cui rei nihil obstat reflexivo in papyris magicis nonnumquam omisso (ex. gr. W. N. Gr. ZP. 32, 356 = K. 95, 348). Utut res sese habet, ἀπαλείφειν hic quoque in ritu mystico describendo adhibetur: ergo deleas crucem editionis Cramerianae.

1) v. 656 sq.: πρῶτον μὲν αὐτὸν (Plutum caecum) ἐπὶ θάλατταν ἤγομεν, ἔπειτ' ἐλοῦμεν. Vox θάλαττα adhuc non de mari intellegebatur, quia scholium ad v. 621 loquitur de Asclepieo ἐν ἄστει, sed de fonte sacro (cf. Girard L'Asclépieion d'Athènes p. 70 sq.). Nuper G. E. Marindin (Classical Review XII [1898] nr. 4 p. 208) defendit propriam vocis θάλαττα significationem contenditque contra

Numae caput apud Faunum bis spargitur unda fontana (Ov. Fast. IV 655).

cf. Synesius de insomn. 7 Migne Patr. Gr. t. 66 p. 1301 B: *ταύτην ἐγὼ τὴν μαντικὴν ἐμαυτῷ τε ἀξιῶ παρεῖναι, καὶ παισὶ καταλιπεῖν, ἐφ' ἣν οὐ δεῖ βαδίζειν συσκευασαμένους ὁδὸν μακρὰν ἢ πλοῦν ὑπερόριον, ὥσπερ Πυθῶδε, καὶ ἐς Ἄμμωνος· ἀλλ' ἀρκεῖ καταδαρθεῖν χεῖρα νιψάμενόν τε καὶ εὐφημήσαντα.* — Aqua lustrandi causa utuntur: Stengel Gr. Kultusalt.[2] 144 sq. Diels Sibyll. Bl. p. 48, 2, 2. p. 71. Rohde Psyche[2] II 405 sq. Dieterich Abrax. p. 158 A. Notandum adhiberi aquam fluentem; quocum congruere papyros magicas, si perscrutaberis eas, facile invenies: lavacrum in Nilo flumine faciendum Wess. Gr. ZP. 21, 43 sq. *λαβὼν μύγαλον ἐκθέωσον* (q. e. sacra) *πηγαίῳ ὕδατι καὶ λαβὼν κανθάρους σεληνιακοὺς δύο ἐκθέωσον ὕδατι ποταμίῳ* ib. 82, 2455 sqq. *ὕδατι θαλασσίῳ ῥαίνων* (nam haec certe coniungenda, quamquam ceteroquin locus corruptus videtur) ib. 75, 2158. *ὕδωρ πηγαῖον* Parth. 127, 246. *ἀπόκλυσον* (sc. *χάρτην*) *εἰς* (em. Parth. *αποκλυσων ει* p.) *ὕδωρ πηγαῖον ἀπὸ ζ'* (!) *πηγῶν, καὶ πίε αὐτὸ* (*αυτω* p.) *ἐπὶ ἡμέρας ζ'* (!) *νήστης* Parth. 126, 234 sq. Adhuc attulimus e papyris magicis eiusmodi locos, quibus unctionem vel lavationem in rebus mysticis seorsum usitatam fuisse declararetur. Tamen quaerendum est, num quem locum reperire possimus, ubi similiter atque in ritibus apud Trophonium observandis unctio cum lavatione coniuncta sit. Ac profecto praebet nobis papyrus Parisina aliquid, quod conferri posse mihi videtur. Ut melius eluceat, qua in re consentiant, Pausaniam quoque describo (IX 39, 7): *πρῶτα μὲν ἐν τῇ νυκτὶ αὐτὸν ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὴν Ἕρκυναν, ἀγαγόντες δὲ ἐλαίῳ χρίουσι καὶ λούουσι δύο παῖδες κτλ.* Apud Wess. Gr. ZP. 102, 3246 sqq. leguntur haec: *ποίησις· καθαρεύσας ὡς ἔμαθες καὶ λαβὼν ποτήριον χαλκέον γράψον διὰ ζμυρνομέλανος τὴν προγεγραμμένην στήλην ἐπι[κ]αλουμένην Ἀφροδίτην καὶ χρῖσαι ἐλαίῳ ἀ . . αστικῷ καὶ ὕδατι ποταμίῳ καθαρῷ κτλ. χρῖσαι* iam Wess. intellexit; traditur *χρησαι*. Quodsi dubitaveris, an verbum *χρίειν* cum 'aqua' coniungi possit, alios tibi locos duos admoverim, quibus hic usus loquendi stabiliatur: Wess. Gr. ZP. 104, 65 sq.: *ἔγχρισον* (*εν* ☧ p.) *δὲ τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν μεθ' ὕδατος.* Alterum Dieterich Papyr. mag. p. 815 XI 32: *ἐξαλείψας πηγαίῳ ὕδατι.* Hoc tantummodo ambiguum nec satis certum videtur, utrum *χρῖσαι*, forma medialis, reflexive, ut dicere solemus, sit intellegenda an dynamice, ita ut '*ποτήριον*' accusativus suppleri oporteat. Equidem priorem sententiam sequor, tamen concedo alteram quoque posse defendi. Sed quoquomodo res sese habet, hoc quidem elucet lavandi ungendique ritum hic illic eundem esse, lustrandi causa scilicet constitutum. Restat, ut adiectivo illi corrupto vel potius partim deleto, quod *ἐλαίῳ* voci adnectitur, aliquid medelae afferre conemur. Desunt litterae duae punctis duobus a Wesselyo notatae. Adiectivum illud ad *ἐλαίῳ* pertinere ut terminatione *ικῷ* declaratur ita propterea quoque probatur, quod sequens '*ὕδατι*' eodem modo epitheto praeditum est. Supplendum est *ἀ[σπ]αστικῷ*. Cuius vocis significatio (= salutatorus) magis dilucide apparebit, si ex eadem papyro Parisina alterum protulerimus locum. Inspicias Wess. 36, 638. Versus, qui antecedunt, describunt dei cuiusdam (Solis) advocati habitum (635 sqq.): *ὄψῃ θεὸν νεώτερον εὐειδῆ πυρινότριχα ἐν χιτῶνι λευκῷ καὶ χλαμύδι κοκκίνῃ ἔχοντα πύρινον στέφανον.* Sequitur praeceptum: *εὐθέως ἄσπασαι αὐτὸν τῷ πυρίνῳ* (?) *ἀσπαστικῷ.* De voce '*πυρίνῳ*', quae quid valeat, haud satis

---

scholiastae testimonium Piraei intellegendum esse Asclepieum, cum sacrum urbanum quarto demum saeculo conditum esset.

dispicitur (fortasse scribendum *πυρίῳ* = *πυρείῳ* 'Räucherfaſs' quod in LXX exstat), non amplius disputaverim. Verba *ἄσπασαι . . . ἀσπαστικῷ* clare demonstrant illud *πύρινον* vel quod pro eo legere tibi lubet ideo *ἀσπαστικόν* nominari, quia in salutando deo adhibetur: *ἐν τῷ ἀσπάζεσθαι.* Revertamur ad locum tractatum. Hic quoque dea exspectatur, cf. 3253 sq.: *καὶ φανήσεταί σοι ἡ θεὸς καὶ χρηματίζει περὶ ὧν θέλεις.* Itaque *ἔλαιον ἀσπαστικὸν* est oleum, quod deae illius salutandae causa adhibetur. Qua in re oleum hoc modo significatum ab oleo communi distulerit, nihil ad rem neque erui potest. Satis sit locum emendasse. — Cum de oleo et aqua coniunctis agamus, adnectere liceat, quod legas apud Wess. Gr. ZP. 101, 3210 sq.: *καὶ λαβὼν φιάλην λευκὴν πλῆσον ὕδατος καὶ ἐλαίου.* Vel alium locum Wess. ib. 26, 223 sqq.: *λαβὼν ἄγγος χαλκοῦν ἢ λεκάνην ἢ φιάλην οἵαν* [*εαν* delendum] *βούλῃ βάλε ὕδωρ κτλ.* ib. 227 sq.: *κατέχων ἐπὶ τοῖς γόνασι σκεῦος ἐπιβαλὼν ἔλαιον ὀμφάκινον κτλ.* Ceterum notandum quattuor hoc loco discerni aquae genera, quorum unum quodque alii deorum generi offertur. Adicias denique miraculosam Herodoti narrationem de Polycratis filiae somnio, ubi mirifice coniungitur lavatio cum unctione (III 124): *ἐδόκει οἱ τὸν πατέρα ἐν τῷ ἠέρι μετέωρον ἐόντα λοῦσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ Διός, χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου.*

Bibebat Trophonium consulturus e Lethes et Mnemosynes fontibus[1]).

De Lethes ac Mnemosynes fontibus qui sunt in orco v. Rohde Psyche[2] II 390, 1. — Apud nonnulla oracula sacerdotes aquam bibebant: cf. Philostr. V. Apoll. II 37: *πολλὰ δὲ καὶ μαντεῖα λέγοιμ' ἂν εὐδόκιμα παρ' Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ἐν οἷς ὁ ἱερεὺς* („*ut sacerdos Apollinis Clarii*“ adn. Kayser) *ὕδατος . . . σπάσας ἀποφθέγγεται τὰ ἐκ τοῦ τρίποδος.* M. Varro tradidit in Cilicia apud oppidum Cescum (lectio incerta) rivum fluere nomine 'Nuus', „*ex quo bibentium subtiliores sensus fieri*“, Plin. N. h. XXXI 2, 12.

Nudo corpore supplices in Trophonii antrum descendere nobis tradit schol. ad Ar. Nub. 508 I[2]).

De nuditate apud multos populos ritu constituta v. Weinhold Zur Geschichte des heidnischen Ritus, Abh. d. Berl. Ak. d. Wiss. 1896 phil.-hist. Kl. 1—50. cf. p. 6: „*Hier knüpfen sich auch die deutschen volkstümlichen Bräuche an, die auf einen Einblick in die Zukunft u. die Erkenntnis geheimnisvoller Erscheinungen zielen, und bei denen die Nacktheit Forderung ist.*“ Sellorum quoque *ἀνυποδησίαν* illius ritus vestigium praebere putat Duemmler Philol. 1897 p. 6. De nudis pueris, qui taurum in antrum Nysaeum ducebant v. supra p. 21. Sacerdos, quae in Apollinis nemore Epirensi dracontibus escam praebebat, erat *γυμνὴ παρθένος*, Ael. h. a. XI 2. Nudo corpore Strepsiades adytum intrat, cf. Dieterich Mus. Rhen. 48 p. 277. Nudae mulieris statua ex aere facta in Auges tumulo Pergameno, Paus. VIII 4, 9. Quod ad magica pertinet, cf. Wess. Gr. ZP. 21, 26 sq.: *προαγνεύσας ζ' ἡμέρας* (cf. 22, 52) *ἐλθὼν πρὸ τῆς σελήνης εἰς τόπον ἀπογυμνωθεὶς κτλ.* ib. 25, 174 sq.: *κατακλίθητι ἄνω βλέπων ἐπὶ τὴν σινδόνα γυμνός.* ib. 22, 89. Weinhold l. c. p. 46 sqq. Rieſs P.-W. s. v. Abergl. p. 35, 4.

---

1) Paus. IX 39, 8: *ἐνταῦθα δὴ χρὴ πιεῖν αὐτὸν Λήθης τε ὕδωρ καλούμενον, ἵνα λήθη γένηταί οἱ πάντων ἃ τέως ἐφρόντιζε, καὶ ἐπὶ τῷδε ἄλλο αὖθις ὕδωρ πίνει Μνημοσύνης, ἀπὸ τούτου τε μνημονεύει τὰ ὀφθέντα οἱ καταβάντι.*

2) *ἐκεῖ* (in antro Trophoniano) *οὖν οἱ μυούμενοι καθέζονται ἐπὶ τοῦ στόματος γυμνοί, καὶ ἁρπάζονται κτλ.*

Vestes linteas albas vel purpureas taeniis cinctas induebantur Trophonium adituri calceis ibi usitatis subligatis[1]).

cf. Philostr. V. Apoll. VIII 7 p. 309, 7 K.: *καθαρὸν δὲ καὶ τὸ ἐννυχεύειν ὑπ' αὐτῷ* (sc. *τῷ λίνῳ*), *καὶ γὰρ τὰ ὀνείρατα τοῖς, ὡς ἐγώ, διαιτωμένοις ἐτυμωτέρας τὰς αὑτῶν φήμας ἄγει.* Sunt verba ipsius Apollonii, qui vestem linteam indutus vivebat (cf. ib. I 8 p. 7, 30 K.: *λίνου ἐσθῆτα ἀμπίσχεται παραιτησάμενος τὴν ἀπὸ τῶν ζῴων*), quia pura esse putabat, quae terra ipsa gigneret (cf. ib. III 15 p. 94, 25 de brahmanis: *ἡ δὲ ὕλη τῆς ἐσθῆτος·* [sic enim hoc loco interpungendum: de lemmatico apud Philostratum dicendi usu v. Radermacher in Annal. Fleckeis. 1895 p. 248] *ἔριον αὐτοφυὲς ἡ γῆ φύει, λευκόν*; vel Plut. Is. et Os. 4 p. 352 E: *τὸ δὲ λίνον φύεται μὲν ἐξ ἀθανάτου γῆς*). Quam ob causam leguminibus vesci solebat (cf. supra p. 16). De lintea veste in cultu chthonio v. Dieterich Abraxas p. 158 A. Linteum in magicis: *σὺ δὲ ἐν λίνοις ἴσθι καθαροῖς* Dieterich Abr. p. 179, 9. *στόλισον αὐτὸν* (sc. *τὸν ἱπποπόταμον ἐκ κηροῦ πυρροῦ*) *λίνῳ καθαρῷ* ib. 191, 18 sq. *θὲς* (sc. *τὸ πέταλον*) *ἐπὶ τριπόδου καθαροῦ περιβεβλημένου ὀθονίῳ* ib. 203, 30 sq. *ὀθόνιον καθαρόν* Dieterich Pap. Mag. IV 16. *ὀθόνιον* Wess. Gr. ZP. 47, 1073. *τὴν μὲν τρυγηθεῖσαν πόαν εἰς καθαρὸν ἕλισσε ὀθόνιον* ib. 96, 3002 sq. *περιελίξας ὀθονίῳ βυσσίνῳ* Wess. N. Gr. ZP. 31, 346 = K. 95, 338. Similiter adhibentur *σινδόνιον βύσσος*: *σινδόνιον καθαρόν, σινδόνα* Wess. Gr. ZP. 25, 171. 175. *σινδόνα καθαράν* ib. 108, 210/1 = K. 71, 206/7. v. et. Abrax. 179, 11. (cf. *ἐν καθαραῖς συνδόσιν εἰλήσας* Spicil. Roman. ed. Ang. Mai IV p. 247; legendum *σινδόσιν*, quod iam correctum Migne Patrol. Gr. t. 87, 3 p. 3696 A.) *σινδόνιον* Parthey 155, 162. Saepius occurrit *βύσσινον ῥάκος*. cf. ex. gr. Wess. N. Gr. ZP. 26, 208 = K. 91, 208. Parth. 128, 277. 293; cf. 129, 332. — Quod ad album colorem vestis pertinet e papyris conferre possum modo Wess. Gr. ZP. 26, 213 sq.: *ἀμφιέσθητι λευκοῖς ἱμᾶσιν.* — Num purpureus color ita sit explicandus, ut fit apud Dielesium Sib. Bl. p. 70 adn., 2, dubitaveris, si conferas Dieterich Nekyia p. 25 sqq., imprimis p. 29. cf. etiam Rohde Psyche² I p. 226, 3. „*Die Purpurfarbe im Kult der Unterirdischen bevorzugt*" Stengel Gr. Kult.² p. 43. De veste purpurea in magicis usitata v. ib. p. 77. E papyris cf. haec: *εἰλήσας φοινικίνῳ δέρματι* Wess. Gr. ZP. 88, 2702. *δήσας ἅμματι φοινικίνῳ* ib. 113, 402 = K 77, 388. *λευκὸν ἔριον ἐκ διαστημάτων δεδεμένον φοινικῷ ἐρίῳ* Parth. 152, 70 sq. cf. *δέρμα κόκκινον* ('scharlachrot') Wess. N. Gr. ZP. 26, 201 = K. 90, 201. — De eiusmodi habitu dictum esse videtur, quod legis apud Parth. 128, 278 sq.: *στολίσας σεαυτὸν προφητικῷ σχήματι.* — De taeniis lustrantibus v. Diels Sibyll. Bl. 121 sq.

---

1) *χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθεὶς καὶ ὑποδησάμενος ἐπιχωρίας κρηπῖδας* Paus. IX 39, 8. *ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις* Luc. pial. mort. 3. *ἐνσκευασάμενος ὀθόνῃ ποδήρει καὶ φοινικίδι* Max. Tyr. diss. 14, 2. *λευκῇ δ' ἐσθῆτι ἐσταλμένοι* Philostr. Vit. Apollon. VIII 19 p. 335, 17 Kays. *στολῇ κεκοσμημένοι θεοπρεπεῖ* schol. Aristoph. Nub. 508 III. *κοσμήσαντες ἑαυτοὺς ἱερῷ τινι σχήματι* ib. 508 V (= Suidas s. v. *Τροφώνιος* = Apostolius XVII 30). — In Sarapei Memphitici rationibus Notices et extraits XVIII 2 p 329 pap. 53, 8 *ὀθώνιον* occurrit *ἐγκοιμήτριν*, quod ad ipsam incubationem pertinere putat Preuschen Mönchtum und Sarapiskult p. 26. Nescio tamen, an hoc statuere liceat: *ὀθ. ἐγκοιμήτριν* nil est nisi linteum, quo ad dormiendum utuntur. cf. Poll. X 123: *ὁ παρὰ τοῖς κωμῳδοῖς χιτὼν εὐνητήρ, ὃς τοῦ νῦν ἐγκοιμήτωρ ἡδίων.* ib. VI 11: *τὰς δὲ ἐγκοιμητηρίας ψιάθους χαμευνίας ἐκάλουν.*

Veste rudi tegitur, qui Faunum consulit; caput intonsum „*nec digitis anulus ullus inest*". (Ov. Fast. IV 659. 655. 658.)

Itaque totus supplicis habitus est incomptus. De anulis recte iudicasse videtur Peter (ad Fast. l.), qui corporis sub iis intellegit vinculum. cf. Riefs P.-W. s. v. Abergl. p. 35, 2.

Apud Faunum fronde faginea bis tegitur caput[1]).

„*Überhaupt hat ja der Kranz schon an und für sich kathartische Bedeutung*" Diels Sibyll. Bl. 120. „*Die Bekränzung ist für den Hellenen eigentlich immer ein Zeichen der Weihung. — Eine reinigende Bedeutung, wie Diels* (l. c.) *will, wohnt dem Kranze nicht inne, er ist vielmehr ein Zeichen der Reinheit seiner Träger, insofern als das Geweihte rein ist*" Wilamowitz Heracles[2] II p. 156 ad v. 677. cf. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 98. Rohde Psyche[2] I 220, 2. Dieterich Abrax. 158 A. Saepissime corona adhibetur in magicis. cf. ex gr. Wess. Gr. ZP. 25, 172 sq. (*στεψάμενος κισσῷ μέλανι*); 43, 913 sqq.; 44, 934 sq.; 47, 1058; 70, 1994/5; 72, 2050/1; 80, 2370; 100, 3153; 101, 3198. id. Neue Gr. ZP. 47, 806 = Ken. 108, 740. W. 49, 871 = K. 110, 804. W. 50, 912. 914 = K. 111, 845. 847. Dieterich Abrax. 203, 26 sq. Parthey 120, 22; 152, 70. 73. Fere adhibentur olivae rami: *κλῶνες ἐλαίας* Wess. Gr. ZP. 44, 935; 51, 1229; 52, 1249 (septem *κλῶνες*). *κλάδοι ἐλαίας* ib. 113, 403 = Ken. 77, 389. W. 114, 466/7 = K. 80, 452/3. Wess. Neue Gr. ZP. 38, 533 = K. 101, 525. *ἐλαιὸς* (ramus?) *ὀμφακίζων* Wess. Gr. ZP. 96, 3008. *στεφάνου . . . ἐλαΐνῳ* (sc. *κλῶνι*) ib. 100, 3153 sq. (cf. 101, 3198 sq.) *ἐλαίας ἐστεφανωμένοι* ib. 104, 39 sq. = K. 66, 38 sq. *ἐστεμμένος ἐλαΐνῳ στεφάνῳ* Abrax. 179, 9 sq. cf. *ἐλάϊνα ὑποστρώσας* Wess. Gr. ZP. 108, 211/2 = K. 71, 207/8. *φύλλον ἐλαίας . . λευκὸν . . . μέλαν* Wess. N. Gr. ZP. 27, 213 sq. = K. 91, 213 sq. *ναὸς ἐλάϊνος* (Selenes effictus) ib. 51, 938 = K. 112, 870. *ξύλον ἐλάϊνον* ib. 56, 54 = K. 118, 53. cf. Wess. Gr. ZP. 21, 31. De chthonia olivae significatione cf. imprimis Diels Sib. Bl. p. 120 sq. Rohde Psyche[2] I 227 adn. II 72, 1. Olivae rami iuxta aram a serpentibus circumplicatam in nummo Sinopensi; v. Panofkam Asklepios u. d. Asklepiaden, Abh. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1845 tab. VII 5. De oliva in magicis cf. etiam Riefs s. v. Abergl. p. 62 sq.

Apud Trophonium lucernae adhibitae esse videntur[2]).

De cuiuslibet lucis generis significatione cathartica et chthonia v. Diels Sib. Bl. p. 47 sq. („*in den Lustrationen wie im Totendienste ist von jeher Fackel-, Lampen- u. Kerzenschimmer herkömmlich*" p. 48.) cf. Rohde Psyche[2] I 31 II 101. Stengel Gr. Kultusalt.[2] 88 sq. 145. Dieterich Abrax. 158 A. *λύχνος* in papyris magicis magnam occupat provinciam. Exstat enim genus quoddam vel series praeceptorum magicorum, quae inscribitur *λυχνομαντία*, id quod circumscribi potest hoc fere modo: *μαντεία διὰ τοῦ λύχνου*. v. Wess. N. Gr. ZP. 38, 549 = K. 101, 540; cf. ib. 551 sq. = K. 542 sq.: *ἅψον* (sc. *τὸν λύχνον*), *ἤτω* (*ἁψονήτω* Ken.: a dialectic variety for *ἁπτέσθω* [quod tamen

---

1) Ov. Fast. 656: „*bis sua faginea tempora fronde tegit.*" Item bis caput spargitur aqua (cf. p. 23). Quod semel Fauno semel Somno factum esse, sicut utrique ovis mactatur (cf. supra p. 18), recte adnotat Peter.

2) Inter Cratini Trophonii fragmenta invenitur haec vox (227 Kock): *λυχνοκαΐαν*. Quod fortasse ad lampadas sacras pertinet in Trophonii cultu usitatas. In Ar. Pluto 668 *λύχνοι* a propolo exstinguuntur. Exstabat in Asclepieis munus pyrphori, de cuius officiis ac vi inspicias Cavvadias Fouill. d'Épid. p. 52 ad nr. 85.

refutatur altero loco Wesselyi lectionem probante: Wess. Gr. ZP. 101, 3193 sq.: *τὰ αὐτά ἐπίλεγε πρὸς τὸν λύχνον ἑπτάκις, ἤτω δὲ ὁ λύχνος τῇ ἀνατολῇ βλέπων κτλ.*]) *δὲ τὸ ἐλλύχνιον ἀπὸ λίνου καινοῦ*; attendas hic quoque linteum adhiberi, quod saepius occurrit addito eiusmodi adiectivo velut *καινόν*, *καθαρόν* (cf. p. 25). *διὰ τῆς αὐτόπτου λυχνομαντίας* Wess. Gr. ZP. 44, 951 sq. De lychno cf. Abrax. 170, 2. 11 (*δύο λύχνοι*). ib. 192, 4 (*καθαρός*). ib. 204, 5. Parthey 128, 277 (*ἀμίλτωτος*, quod saepius). 154, 145; 155, 172. Cumulare exempla non oportet; mitto te ad indices Wesselyi.

Apud Amphiaraum arietem immolabant eiusque pelle substrata dormiebant[1]).
Apud Podalirium ovium pellibus incumbentes oracula expetebant[2]).
Apud Calchantem arietis atri pellis adhibebatur[3]).
Apud Faunum ovium pelles sternebantur[4]).
Similia de Iudaeis narrantur apud Hieronymum[5]).

De pellibus lustrandi causa multimodis usitatis cf. Prellerum ad Polemon. frg. 87 p. 140 sqq. Diels Sib. Bl. p. 70 adn. cf. ib. p. 48, 2, 9. Stengel Gr. Kultusalt.² p. 146. Strepsiades in Ar. Nub. pelle sedet substrata. cf. Dieterich Mus. Rhen. 48 p. 278. Nonnihil delectamenti praebet illa Casauboni coniectura, qui dormire a voce '*δέρμα*' derivavit: ad Athen. VI 8. cf. Vink Amoenitates philologico-medicae p. 72. — *δέρμα ὑαίνης* in magicis commemoratur: Wess. N. Gr. ZP. 26, 203 = Ken. 90, 203. Wess. ib. 206 = 91, 206. Corruptum videtur, quod legitur Wess. Gr. ZP. 85, 2596 et ib. 87, 2658/9: *δερμα δορης*. Vix accipiendum, quod Wess. emendabat: *δέρμα δορκῆς*. cf. eiusdem p. 7, ubi versus, de quibus agitur (17 sq.), hoc modo restituti: *καὶ δέρμ' ἑλεῖν δορκῆς ἅπαν κ' εἰς τὴν φύσιν σου θεῖναι | αἷμ' ἱέρακος*

1) *κριὸν θύσαντες καὶ τὸ δέρμα ὑποστρωσάμενοι καθεύδουσιν ἀναμένοντες δήλωσιν ὀνείρατος* Paus. I 34, 5.

2) *δοραῖς δὲ μήλων τύμβον ἐγκοιμωμένοις | χρήσει καθ' ὕπνον πᾶσι νημερτῆ φάτιν* Lycophr. 1050 sq. cf. Tzetzes ad l.: *εἰώθασιν οἱ Δαύνιοι, ἤτοι οἱ Καλαβροί, ἐν μηλωταῖς καθεύδειν ἐν τῷ τάφῳ τοῦ Ποδαλειρίου, καὶ καθ' ὕπνους λαμβάνειν χρησμοὺς ἐξ αὐτοῦ.*

3) *ἐναγίζουσι δ' αὐτῷ* (Calchanti) *μέλανα κριὸν οἱ μαντευόμενοι, ἐγκοιμώμενοι ἐν τῷ δέρματι* Strabo VI 3, 9 p. 284.

4) „*pellibus incubuit stratis*" Verg. Aen. VII 88. „*atque harum effultus tergo stratisque iacebat | velleribus*" ib. 94 sq. „*supra nova vellera corpus | ponit*" Ov. Fast. IV 659 sq.

5) Ad Iesaiam 65, 4 Migne Patrol. Lat. t. 24 p. 657 A: „*habitans in sepulcris (populus Israel), et in delubris idolorum dormiens, ubi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, ut somniis futura cognoscerent.*" Quod tamen Hieronymus e moribus Graecorum ad Iudaeos transtulisse videtur, praesertim cum Iesaiae loco verba '*διὰ ἐνύπνια*' Septuaginta demum adiecerint; itaque de oraculis per somnium petitis nil dictum, quamquam sepulcris commemoratis aliquid incubationi simile indicatum esse probabilitate non caret. cf. Welcker Kl. Schr. III p. 90. Duhm ad Iesaiae locum. Strabonem, ubi de Iudaeorum loquitur incubatione, Graecum tantummodo morem, ut solet, in alterum populum transtulisse putat Wolf Kl. Schriften ed. Bernhardy II p. 678, cui assentitur Welcker l. c. Aliter nunc Preuschen Mönchtum u. Sarapiscult p. 21, 2. cf. quae de incubationis vestigiis profert in vetere nobis testamento servatis. Quae tamen res mihi haud ita certa videtur. Corrigenda p. 26 adn. 1: in Pluto de pelle substrata nil dicitur.

πελαγοδρόμον καὶ κάνθαρον τροφήν σοι. θορῆς subesse suspicatur Dieterich, praesertim cum sequatur vox '*φύσιν*' (*φύσις* = cunnus), ita ut mulieri semen virile in cunno ponere praeciperetur. Tamen cum voce '*θεῖναι*' coniungendum videtur *αἷμ' ἱέρακος* neque vero quae antecedunt. *δέρμα φοινίκινον* et *κόκκινον* v. p. 25. *δέρμα γυπός* alia Dieterich Nekyia p. 47, 4.

Amphiarai oraculo sanatis constitutum erat argentum vel aurum signatum in fontem proicere prope templum fluentem. (Paus. I 34, 4.)

cf. quae Aristidi a deo per somnum imperantur, ne tertio deinceps die mortem obeat, ubi cum alia legis tum haec (II 400, 26 K.): *ἔπειτα ἀναστρέφοντα λαβόντα κέρματα διαβαίνειν τε τὸν ποταμὸν καὶ ἀπορρίπτειν κτλ.* Indorum rex, cum Indus ripas superavisset, atris tauris atque equis sacrificatis auream vasis frumentarii effigiem fluctibus immersit Philostr. V. Apoll. II 19.

Iam ad finem pervenimus. Non multa quidem sunt, quae scriptores nobis tradunt, tamen aliqua ratio intellegi potest. Iis enim ritibus, quos sub 'victu' composuimus, videlicet efficere volebant, ut hominum animi a corporis contagione liberarentur, quam ad rem perpetrandam profecto aptissima erant ieiunium castimonia vigiliae. Alterius vero ordinis praecepta in iis potissimum caerimoniis reperiri possunt, quae lustrandi vel purificandi causa susceptae[1]) cum inferum cultu eorumque veneratione coniunctae esse solent.

Neque vero sine aliqua causa adnotationibus uberioribus e papyris magicis eiusmodi locos attulimus, quibus eosdem ritus in caerimoniis magicis usitatos fuisse declararetur. Qua in re nunc paulo dilatius est disserendum.

Atque hoc quidem satis constat ritus magicos plerumque de cultu deorum chthoniorum originem ducere[2]): quomodo hic lustrationes instaurabantur, ut inferum ira placaretur, simili modo ii quoque lustrari debebant, qui naturae arcana in ditionem suam studebant redigere. Itaque saepissime in papyris magicis praescribitur *ἁγνεία*[3]) vel *τὸ ἁγνεύειν*. Exempli gratia cf. Wessely Gr. ZP. p. 22, 52: *προαγνεύσας ζ' ἡμέρας* (attendas numerum 7). ib. 101, 3209: *ἁγνεύσας ἡμέρας ζ'.*

---

1) cf. Paus. I 34, 5: *καὶ πρῶτον μὲν καθήρασθαι νομίζουσιν ὅστις ἦλθεν Ἀμφιαράῳ χρησόμενος.* Vel de Trophonii supplice id. IX 39, 5: *διαιτώμενός τε ἐνταῦθα τά τε ἄλλα καθαρεύει κτλ.* Itaque de descensuris lustratis dicitur *ἁγνεύσαντες ὡρισμένως* schol. Ar. Nub. 508 III. Apostol. XVII 30. *ἁγνεύσαντες ὡρισμένας ἡμέρας* schol. l. c. V; cf. Suid. s. v. *Τροφ. μυούμενοι* quoque nominantur Trophonium consulturi quasi mysteria adeuntes schol. Nub. 508 I, ipsa vero incubatio — *μύησις* ib.; cf. Cosmas ad Greg. Naz. Migne t. 38 p. 513: *ἐποίουν δὲ τελετάς τινας οἱ κατιόντες.* Omnino hominem integrum esse oportebat: periuris non licebat incubare Iovi, Plaut. Curc. 268 sq. Protesilaus oderat moechos, Philostr. Her. 679 p. 148, 6 K.

2) cf. Dieterich Abraxas p. 157, 2.

3) cf. ib. p. 158 A.

ib. 39, 734: *συναγνευέτω σοι*. Praecipue talia docent, qualia legis apud Partheyum 128, 289 sqq.: *ἀπεχόμενος ἀπὸ πάντων μυσαρῶν πραγμάτων καὶ πάσης ἰχθυοφαγίας* (v. p. 16) *καὶ πάσης συνουσίας* (v. p. 17), vel ib. 154, 148 sq.: *ἔστω δέ σοι ὁ τόπος ἁγνὸς ἀπὸ παντὸς μυσεροῦ καὶ ἁγνεύσας καθαρίως προκατάρχου κτλ.* Non animi tantum, sed etiam corporis rerum locorum *καθαρότης* poscebatur, qua de causa vox '*καθαρός*' una quaque fere pagina tibi occurrit[1]).

Quae cum ita sint, nobis, qui de incubatione hanc dissertatiunculam conscribere conati sumus, quaerendum videtur, num fortasse incubationis antiquae ipsius vestigia in papyris illis magicis indagari possint; quod probabilitate non caret: nam per incubationem in illius religionis, chthoniae scilicet, cultu divinatio exercebatur, cuius ritus mystici in magicae fluxerunt artis praecepta. Hoc quidem monendum est ritus ante incubationem instituendam usitatos, sicut supra per omnem cultum chthonium eos occurrere adnotationibus expressimus, ita in hac quoque re dispicienda, quamquam suo loco notabuntur, haud ita multum valere magna ex parte, quia, cum magis universalem habeant significationem, si seorsum de incubatione agitur, minoris sunt momenti. Hoc tamen magis attendendum est atque proferendum, si quo loco de somno vel somniis dicitur, sic scilicet, ut eluceat peti aliquam futuri scientiam, vel potius oraculum.

Dormiendum esse saepius in papyris magicis praescribitur. Imperativus *κοιμῶ* multis locis ritibus quibusdam observandis adiungitur; nonnumquam additur '*μηδενὶ δοὺς ἀπόκρισιν*', v. Wess. Neue Gr. ZP. 41, 640 b: *κοιμῶ μ[ηδενὶ δ]οὺς ἀπόκρισιν*; ubi omnia adeo sunt deleta, ut conexus erui non possit; vel Wess. Gr. ZP. 113, 412 sq. = Kenyon 78, 398 sq.: *κοιμῶ μετὰ τὸ εἰπεῖν μηδενὶ δοὺς ἀπόκρισιν* ... sequitur hymnus in Mercurium, quem pag. 21 adn. attigimus. Wess. Neue Gr. ZP. 50, 910 = Ken. 111, 843 legitur: *τὸν κλάδον θὲς πρὸς κεφα[λὴν κα]ὶ*[2]) *κοιμῶ ἁγνός*. Itaque hic iam coronandi occurrit ritus (cf. p. 26 sq.), adicitur *ἁγνός*, qua de re supra egimus. Notandum aliud *κοιμῶ* Wess. Gr. ZP. 56, 1398 in *ἀγωγῇ* quadam *ἐπὶ ἡρώων ἢ μονομάχων ἢ βιαίων* (cf. 55, 1390 sqq.): iam vides daemones subterraneos nobis sub oculos venire. Inspicias Wess. Neue Gr. ZP. 36, 497 sq. = Ken. 100, 489 sq.: *κοιμῶ ἐπὶ ψιαθίνῃ κλίνῃ*[3]); addas ib. 58, 104 = Ken.

---

1) cf. Wess. Gr. ZP. 68, 1927; 75, 2188 sq.; 95, 2968 sqq.; 98, 3094. Id. Neue Gr. ZP. 38, 551. 553 = Ken. 101, 542. 544. W. 51, 943 = K. 112, 875. W. 64, 28 = K. 122, 28. Parthey 154, 146; 155, 161. 166. 172 3. Abrax. 169, 5. 14; 179, 6; 180, 5; 192, 4; 203, 25 sq. 30.

2) *κεφα[λην σου κα]ι* Ken.

3) Sic probabiliter coniecit Dieterich: *ψιαθινη καινη* in papyro legit Wesselyus, qui *ψιάθῳ* scribendum putat ('*ινη* stammt vom folgenden *καινη*'). *επι ψιαθ[ο]ν η καινη* Ken. ('*η καινη* where it is fresh'.)

120, 103: *κοιμῶ* (*κυμω* pap.) *δὲ ἐπὶ θρυΐνῃ ψιάθῳ*[1]). Quibus duobus locis exprimi videtur non in lecto, sed in solo dormiendum esse. Idem ritus magis perspicue invenitur Abrax. 171, 14sq.: *ὁπόταν δὲ γένηται ἐν κριῷ* (sc. *ἡ σελήνη*), *χαμαικοίτει πρὸ μιᾶς εἴκοσι θυσιάσας κτλ.* cf. ib. 180, 5sqq.: *προαγνεύσας οὖν, ὡς προεῖπον, πρὸ ἑπτὰ ἡμερῶν σελήνης λειπούσης κατὰ τὴν σύνοδον χαμαικοιτῶν ἐπὶ ψιάθου θρυΐνης.* Adnectamus Wess. Neue Gr. ZP. 47, 813sqq. = Ken. 108, 747sqq.: *θεὶς ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον*[2]) *τὸ π[τ]υχιν*[3]) *κοιμῶ μηδενὶ δοὺς ἀπόκρισιν ἁγ[ν]εύσας ἡμέρας γ̄*; versibus antecedentibus 810sq. = 744sq. adorantur *οἵ κύριοι θεοί: χρηματίσατέ μοι περὶ τοῦ* Δ (= *δεῖνα*) *πράγματος ταύτῃ τῇ νυκτί*; quo ex loco agnoscere licet nocturnam exspectari visionem, qua *ὁ δεῖνα* de rebus quibusdam certior vult fieri. Tamen omnibus locis adhuc perspectis deest quaevis somniorum commemoratio.

Aliquantum proficimus, cum ad illorum praeceptorum seriem accedimus, quae inscriptionem exhibent '*Ὀνειραιτητόν*', quod abbreviatum saepius legitur in papyris hoc modo: *Ονειρ/. Ὀνειραιτητόν* docet, quomodo possis *αἰτεῖν ὄνειρον*, h. e. quid tibi faciendum sit, ut per somnium deos vel daemones quosdam consulas[4]). Iam memineris incubationem. Sicut in templis deorum homines ritibus effectis ad dormiendum se prosternebant, ut aliquod somnium acciperent, eandem ob causam caerimoniae praescribuntur magicae: mirum esset, si deficeret consensus.

Wess. Neue Gr. ZP. 49, 862 = Ken. 109, 795 praebet nobis *ὀνειραιτητόν* quoddam Pythagorae ac Democrito adscriptum[5]), quod in mentem nobis revocare potest, quae supra (p. 16) de Pythagoreis adnotavimus, quorum vivendi ratio cum incubationis ritibus multimodis concinit. Alterum Besam auctorem indicat[6]), quem eundem atque Horum esse Aegyptiacum Kenyonius adnotat[7]); eodem in oneiraeteto

---

1) Wess.: *θρυεινη ψιαιθου* pap. *θρυΐνης ψιάθου* Ken. *θρύϊνος* 'aus Binsen', de quo usu v. Dieterich Abrax. 158 A.

2) Wess.: *προκεφαλ/* pap.

3) Sic Ken. nullo addito verbo. W. legebat *προκεφαλ/. . . . . υχιν*; *πτυχίον* videlicet corrigendum e vv. 740. 741 K., ubi pro *πτυχίον τετυλιον* legit Wess. (806. 807.)

4) *ὀνειραιτητόν* inter alia praecepta magica (post *ὀνειροπομπά*) Dieterich Abrax. 193, 11/2. cf. Wess. Gr. ZP. 73, 2076: *ἄγει δὲ καὶ καταλίνει καὶ ὀνειροπομπεῖ καὶ κατέχει καὶ ὀνειραιτητεῖ* (sc. *ὁ νεκυοδαίμων*). Wess. ib. 81, 2441 sqq.: *σκευὴ ἐπιθύματος σεληνιακοῦ . . . κατακλίνει γενναίως καὶ ἀναιρεῖ ἰσχυρῶς, ὀνειροπομπεῖ καλλίστως, ὀνειραιτητεῖ θαυμαστῶς κτλ.* ib. 83, 2501 sqq.: *ἐπὶ δὲ ὀνειραιτητοῦ λέγε· παραστάθητί μοι κυρία καὶ χρημάτισόν μοι περὶ τοῦ* Δῆ, *καὶ παρασταθήσεταί σοι καὶ ἅπαντα ἐρεῖ ἀψευδῶς.*

5) *ὀνειραιτητὸν Πυθαγόρου* [*καὶ*], *Δημοκρίτου*; genitivi nominum sic coniungendi cum antecedenti *ὀν.* neque vero cum sequenti '*ὀνειρόμαντες*' (quod corruptum? [*μάντις*? Wess.]).

6) *ὀνειραιτητὸν Βήσας* Wess. Neue Gr. ZP. 27, 230 = Ken. 91, 222.

7) Ad locum: '*Βης* or *Βησα* . . . for the god Horus'.

commemoratur *λύχνος*, quem adloquitur *ὁ δεῖνα* idque, quod aliquantulum valet, *ὀψέ*, scilicet vesperi indicatur hora, cum cubitum eas[1]). De lychno supra diximus (p. 26 sq.); occurrit idem in duobus aliis oneiraetetis[2]), quorum alterum praecipue in usu fuisse videtur[3]). Nec deest in oneiraeteto Wess. Neue Gr. ZP. 46, 769 = K. 107, 703. Hic iam plura discimus; invocantur *κύριοι θεοί* (cf. p. 30) 779 sq. = 713 sq. K.: *χρηματίσατέ μοι περὶ τοῦ △ πράγματος ἐν ταύτῃ τῇ νυκτί.* cf. quae secuntur 790 sqq. = 724 sqq. K.: *καὶ ὑπόθες* (sc. chartam magicam) *ὑπὸ τὸν λύχνον το . . . . . . ν*[4]) *ἁγνὸς ὢν κοιμῶ μηδενὶ δοὺς*[5]) *ἀπόκρισιν.* Elucent singula nec verbo egent. Adiciamus aliud oneiraetetum eiusdem Besae[6]), quem supra nominavimus; v. 68 = 67 K.: *κοιμῶ μηδενὶ δοὺς ἀπόκρισιν*; v. 85 = 84 K. (ad daemonem directus): *ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἐλθέ*; insertus est hymnus in Solem (75—82 = 74—81 K.), cuius ultimos versus duos velim protrahere. Leguntur in papyro (81 sq. = 80 sq. K.) hoc modo:

> *ην γεης κευθμωνα μοληs νεκυων ενι χωρω*
> *πεμψον μαντιν εξ αδυτων τον αληθεα λιτομε σε*[7]).

γαίης scilicet pro *γεης*, *λίτομαι* pro *λιτομε* scribendum, ceteroquin sic restituendi videntur versus:

> *ἣν γαίης κευθμῶνα μόλῃς νεκύων ἐνὶ χώρῳ,*
> *ἐξ ἀδύτων πέμψον, λίτομαι, τὸν ἀληθέα μάντιν*[8]).

Itaque ex inferum adytis ut vatem germanum mittat, Sol adoratur; hic quoque chthonia commoventur numina[9]).

---

1) ib. 234 sq. W. = 226 sq. K.: *δίωκε τὸν λόγον ὀψὲ πρὸς τὸν λύχ[ν]ον.*

2) Wess. Neue Gr. ZP. 28, 258 sq. = K. 92, 250 sq.: *ὀνειραιτητόν, ὃ ἀεὶ κέχρηται. λόγος ὁ λεγόμενος πρὸς τὸν καθημερινὸν λύχνον κτλ.* ib. 263 W. = 255 Ken.: *ἄλλο* (scil. *ὀνειραιτητόν*) *πρὸς τὸν αὐτὸν λύχνον κτλ.*

3) Nam hoc modo, putaverim, interpretanda sunt ista verba *ὃ ἀεὶ κέχρηται*: 'quod semper adhibitum est'.

4) Sic apud Ken. impressum. *τον [προκειμενο]ν* Wess.

5) Wess.: *δος* pap.

6) Wess. Neue Gr. ZP. 57, 65 = K. 118, 64: *ὀνειραιτητὸν τοῦ Βήσας.*

7) Eorundem versuum lectiones variae exstant apud. Wess. Gr. ZP. 32, 446 sq. ib. 69, 1967 sq., ubi idem hymnus est insertus. Videas illius hymni traditiones varias compositas a Wess. Neue Gr. ZP. in adnotatione ad locum cit. p. 59 sq. Duos papyri Parisinae locos artius inter se cohaerere facile intellegas, si versus conferas, qui supra descriptis respondent:

446 sq.: *ἣν γαίης κευθμῶνα μόλῃς νεκύων ἐπὶ χώρων,*
πέμψον δαίμονα τοῦτον τῇ δεῖνι μεσάταισι ὥραις.

1967 sq.: *ἣν γαίης κευθμῶνα μόλῃς νεκύων τ' ἐνὶ χώρῳ,*
πέμψον δαίμονα τοῦτον ὅπως μεσάταισιν |εν *ωρεσσιν* (αις).

8) Sive *μάντιν τὸν ἀληθῆ.*

9) E dis chthoniis per somnum oracula praebentibus in papyris nobis occurrit Amphiaraus, qui inter alias terrae emanationes, quarum una quaeque '*χθόνιος*' cognomine praedita' est, invocatur Wess. Gr. ZP. 57, 1446/7: *Ἀμφιάραε χθόνιε* (1449 secuntur *ὄνειροι χθόνιοι*); ib. p. 103, 2 = Ken. 65, 1 commemo-

Papyrus magica a Dietericho edita p. 805, 15 exhibet Ὀνειραιτητόν. In fine versus cognoscitur vox κ]αθαροῦ. 16: ἐπὶ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς ἔλαιον λαμβὼν . . . . βρέξαι, καὶ κοιμῶ κτλ. De olei usu v. supra p. 20 sqq. In eadem papyro p. 802, 4 sqq. exstat Ὀνείρου αἴτησις, quod idem valet atque ὀνειραιτητόν; invocatur Mercurius (cf. v. 5). v. 8: δεῖξαί μοι καθ' ὕπνους τόδε (cf. p. 21 adn.).

In altera Partheyi papyro Berolinensi longius exstat praeceptum de Apollinis invocatione instituenda. Videtur etiam ille deus per somnum exspectari, quamquam id ipsum non satis clare exprimitur. Non mirum illis temporibus, quibus florebat ars magica, Apollinem quoque per somnum vaticinari, qui olim oracula chthonia, incubationis scilicet sedes, repressit[1]). Quo magis dei

ratur μαντεῖον quoddam Σαραπιακόν. Wess. ib. 72, 2052 sq. de necyodaemone (cf. ib. 71, 2031 sq.) dicitur: καὶ πάντως σοι παρασταθήσεται διὰ νυκτὸς δι' ὀνείρων. cf. 2034 sq.: (ἐξορκίζω σε) παρασταθῆναί μοι ἐν τῇ ἐρχομένῃ νυκτί (cf. 2064), vel. 2042 sq.: καὶ παρασταθήσεταί σοι ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. Scimus in necyomanteis quoque incubationem usitatam fuisse. cf. supra p. 6, 2.

1) Videtur tamen Apollinis cultus Romae cum incubandi more contaminatus esse. Leguntur enim apud Suetonium in Divi Augusti vita 94 haec: „*in Asclepiadis Mendetis Theologumenon libris lego, Atiam, cum ad sollemne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormisse; draconem repente irrepsisse ad eam pauloque post egressum; illam expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se .... Augustum natum mense decimo et ob hoc Apollinis filium existimatum.*“ Historia illa ab Olympiade Alexandri Magni matre in Atiam translata; ea quoque ab angue gravida facta Alexandrum peperisse dicitur: v. Plut. Alex. 2 (cf. Maehly Die Schlange etc. p. 12). Neque vero tantummodo de Alexandri et Augusti partu talia referuntur: eadem res de Scipionis Maioris matre narratur apud Gellium VI 1; de Arati matre Aristodama Paus. IV 14, 7. 8. cf. II 10, 3; de Nicotelia Aristomenis matre Paus. IV 14, 7. Similia alibi quoque de serpentibus traduntur; cf. Ael. H. A. VI 17 de angue, qui in Iudaea Herodis temporibus puellae amatorem se praestitit: συνεκάθευδε σφόδρα ἐρωτικῶς; vel. ib. XII 39: Ἀλίᾳ τῇ Συβάρεως .... δράκων ἐπεφάνη θεῖος, μέγιστος τὴν ὄψιν (cf. p. 12), καὶ ὡμίλησεν αὐτῇ. καὶ ἐντεῦθεν οἱ καλούμενοι Ὀφιογενεῖς τῆς σπορᾶς τῆς πρώτης ὑπῆρξαν. Quod ad Suetonii attinet narrationem, nostra interest videlicet consulto lecticam in Apollinis templo posuisse Atiam, ut a deo fecunditatem acciperet. Optime comparari possunt duo iamata Epidauria, alterum nr. 80 XIX 116 sqq.: Ἀνδρομέ]δα ἐκ Κεθυ. αὕτα περὶ παίδων ἐγκαθεύδ[ουσα ἐνύπνιον εἶδε· ἐδό]κει οἱ ἐν τῷ ὕπνῳ δράκων ἐπὶ τᾶς γαστ[ρὸς ἐλθεῖν. καὶ ἐκ τούτου] παῖδές οἱ ἐγένοντο πέντε. Alterum nr. 80 XXII 129 sqq.: Νικασιβούλα Μεθανία περὶ παιδό[ς. αὕτα ἐγκαθεύδουσα] ἐνύπνιον εἶδε· ἐδόκει οἱ ὁ θεὸς δράκοντα μέ[γαν (cf. supra) . . .] φέρων παρ' αὐτάν, τούτῳ δὲ συγγενέσθαι αὐτά[ν. καὶ ἐκ τούτου] παῖδές οἱ ἐγένοντο εἰς ἐνιαυτὸν ἔρσενες δ[ύο]. Perspicuum est deum ipsum (sc. Aesculapium) sub anguis specie proprie cogitari, id quod in altero miraculo, ubi deus ipse affert anguem, iam depravatum vel potius distractum. Eadem cogitatio subest iis, quae supra attigimus; v. Pausaniam IV 14, 7 de Nicotelia: Νικοτελείᾳ γὰρ τῇ μητρὶ αὐτοῦ (sc. Aristomenis) δαίμονα ἢ θεὸν δράκοντι εἰκασμένον συγγενέσθαι λέγουσι. Atque ibidem pergitur de Olympiade et Aristodama: τοιαῦτα δὲ καὶ Μακεδόνας ἐπὶ Ὀλυμπιάδι καὶ ἐπὶ Ἀριστοδάμᾳ Σικυωνίους οἶδα εἰρηκότας. Aratus Aesculapii filius Sicyonii clare nominatur l. c. 8: Ἄρατον

fiebant universales, eo magis scilicet propria indole privabantur. In papyro Berolinensi Apollinem praeterea cum Aegyptiorum deis confusum esse Partheyus conicit (p. 115). Cum *μαντικῇ δι' ὀνειράτων* eum coniunctum fuisse indicare videtur Wess. Gr. ZP. 126, 45 sqq., quo loco propter lacunas sensum plane dispici non posse maxime dolendum[1]). Praeceptum vel rectius praecepta Apollinem invocantibus observanda exstant Parth. 150, 1 — 152, 80; exscribemus eos tantum locos, qui in re tractanda aliquid exhibeant significationis. v. 3 sq.: *δεῦρ' ἄγε θεσπίζων μαντεύ[εο] νυκτὸς ἐν ὥρῃ.* 8: *[τὴ]ν νύκτα ταύτην κατέχων.* 12 sq.: *λέγεται δὲ καὶ εἰς τὸν λύχνον* (cf. p. 26 sq.) *μετὰ τὸ εἰσελθεῖν ἀπὸ τῆς εὐχῆς πρὶν κοιμηθῆναι.* 19: *χρῖέ* (cf. p. 22) *σου τὰ χείλη.* 20 sq.: *ποίησ[ον?] . . . ἑσπέρας μέλλων κοιμᾶσθαι ὀνείῳ γάλακτι καθαράν* (cf. p. 29) *σο[υ] τὴν στρωμνήν· κ[λά]δους* (cf. p. 26) *δὲ δάφνης ἔχων ἐν χερσίν.* 22 sqq.: *ἔστω δὲ ἡ στρωμνὴ χαμαὶ ἢ ἐπὶ καθαρῶν θρύων* (cf. p. 30, 1) *ἢ ἐπὶ ψιάθου* (cf. p. 29 sq.)· *κοι[μ]ῶ δὲ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ πλεύρου χαμαί τε καὶ ἐν ὑπαίθρῳ· ποίει δὲ [τὴν] ἐπίκλησιν μηδ[ε]νὶ δοὺς ἀπόκρ[ισιν]* (cf. p. 29)· *ἐπί[θυ]ε . . . . . . [στ]ροβίλους* (cf. infra p. 45 sq.) *δεξιοὺς δ[ώ]δεκα καὶ ἀλέκτορας* (cf. infra p. 46 sq.) *ἀ[σ]πίλους β̄.* 27 sq.: *κοιμῶ· εὐχόμενος δὲ στέφ[αν]ον* (cf. p. 26) *ἔχε δάφνινον [τ]οιοῦτον.* 30: *μετ' αὐτῆς* (*δάφνης*?) *κοιμῶ ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι.* 41: *ἔχε ἐν τῷ στόματι κοιμώμενος* (sc. *τὸ φύλλον*). 45: *ἐὰν οὖν μὴ φανῇ, ἐπίθυε κρι[ο]ῦ μέλανος* (cf. infra p. 40 sq.) *ἐγκέφαλον.* 55 sqq.: *ἐπὶ δὲ τούτοις ἐὰν μὴ ὑπακούσῃ, ἔλαιον* (cf. p. 20 sqq.) *καλὸν καθαρὸν* (cf. supra) *ῥαφάνινον ἐπίχεε παιδὶ ἀφθόρῳ γυμναζομένῳ* (cf. p. 24), *καὶ ἀναλαβὼν σκεύαζε λύχνον ἀμίλτωτον, καὶ κείσθω ἐπὶ λυχνίας κτλ.* 61 sq.: *ἐπικάλει κοιμώμενος.* 70 sq.: *ποίει σεαυτῷ στέφανον* (cf. supra), *περιπλέξας αὐτῷ στέφος, ὅ ἐστιν λευκὸν* (cf. p. 25) *ἔριον ἐκ διαστημάτων δεδεμένον φοινικῷ* (cf. ib.) *ἐρίῳ.* 73 sq.: *ἔχων ὁλό-*

Ἀσκληπιῷ Σικυώνιοι (sc. *παῖδα ἐσποιοῦσιν*). cf. II 10, 3: *Ἄρατον Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι νομίζουσιν.* Plane eodem modo Apollo sub dracontis specie cum Atia coiit, quae incubandi causa templum eius adierat. — Quomodo mulieres dis praecipue chthoniis fecunditatis causa symbolice ut ita dicamus nupserint, vide apud Duemmlerum Philol. 56 (1897) p. 29 sq. — In Iovis quoque Capitolini sacro incubatum esse testatur Plaut. Curc. 266 sqq.: „*namque incubare satius te fuerat Iovi, qui tibi auxilio in iure iurando fuit. — Siquidem incubare velint qui periuraverint, locus non praeberi potis est in Capitolio.*“ cf. Serv. Verg. Aen. VII 88: „*incubuit*] *incubare dicuntur proprie hi qui dormiunt ad accipienda responsa: unde est 'ille incubat Iovi', id est dormit in Capitolio, ut responsa possit accipere.*“ (*unde est Plautus in Curculione* D [= Italorum supplementum e cod. bibl. nat. Paris. 7965.])

1) Legitur (Ken. 83, 45 sqq.): *εστι δε το τω Δηλιω το [υι]ω τω της Λητους κ[αι]* (*υ[ιω]* Wess.) *Διος χρησμωδειν π | ετι κα* (*το | ετι κα* Wess.) *δια νυκτο[ς αλη]θη διηγουμενω [μ]αντικης* (*[τε μ]αντικης* Wess.) *ονειρατων* (Verso:) . . *ψιον* . . (*ινομ* Wess.) *λων* . . *ελαιω εσπα* . . *ξε / β̄* (*βολων ς ελαιω εσπαρκι ξε / β* W.) *.ουσας ς̄ς* (*ανχουσας ςς̄* W.).

λευκον ἀλέκτορα (cf. infra p. 47) *καὶ* [*σ*]*τρόβιλον* (v. supra), *καὶ οἶνον* (cf. infra p. 45sq.) *σπένδων αὐτ*[*ῷ*] *ἄλυφον.*[1]) 76: *ἱρεῖς δὲ καὶ πρὸς τὸν λύχνον κτλ.* 78sqq.: *κύριε θεέ* .... *ἐ*[*π*]*έχων τὴν νύκτα ταύτην, παράστα μοι Ἄπολλον Παιάν· κοιμῶ τὴν κεφαλὴν ἔχων πρὸς νότον.* Notandum praeterea p. 155, 160. 161 commemorari cubiculum '*κοιτών*', ubi itidem de Apollinis invocatione agitur.

Denique in fine huius disceptationis tres locos apparatu critico adiecto integros velim afferre, quibus quae ad incubationem pertinent magis eluceant neque ita sint dispersa, ut in locis supra citatis. Quae incubationis magicae velut testimonia non ingratum fore spero, si hoc loco coniungantur, praesertim cum apud Wesselyum et Kenyonium prosodia sit neglecta. P = papyrus. W = Wessely (legit vel coniecit). K = Kenyon (l. v. c.). D = scriptoris coniectum.

I.

Wess. Neue Gr. ZP. p. 44, 730sqq. = Kenyon 105, 664sqq.

Ὀνειραιτητόν· λαβὼν βύσσι[*νον ῥάκος εἰς τ*]*ὸ πρᾶγμα* 730 W.
καὶ εἰλήσας κλῶνα ἐλαίας θὲ[*ς*] *πρὸς κεφαλήν* 665 K.
σου ὑπὸ τὸ ἀριστερὸν μέρος τῆς κεφαλῆς καὶ
κοιμῶ ἁγνὸς εἰς ψίαθον χαμαὶ λέγων τὸν λόγον ἑπτάκις
πρὸς τὸν λύχνον· Ἑρμῆ κτλ.

1. *ονειρ*/P. — *βύσσι*[*νον ῥάκος εἰς τ*]*ὸ* D. *βυσσι* .... [*τ*]*ο* K. *βυοσ* sic *κ*[............ *τ*]*ο* W. — 2. *θε*[*ς*] K. *θες* W. — 3. *σου* P. — *ὕπο* P. — 4. $\overset{\lambda}{o}$ $\bar{\xi}$ P.

1. De oneiraetetis vide quae adnotavimus p. 30sqq. — *βύσσινον ῥάκος* invenitur W. N. Gr. ZP. 26, 208 = K. 91, 208: *λαβὼν βύσσινον ῥάκος ἐπίγραφε κτλ.* (ib. 57, 86sq. W. legit *λαβ*]*ὲ βύ*[*σσινον ῥάκος*; tamen K. exhibet [119, 85sq.]: .... [*λ*]*β* ... *ρακος*). Parth. 128, 277: *λαβὼν λύχνον ἀμίλτωτον σκεύασον διὰ βυσσίνου ῥάκους.* ib. 293: (*γράψαι*) *εἰς τὸ βύσσινον ῥάκος.* Videtur hoc loco olivae ramus simili modo implicari linteo, quomodo de ibidis penna legis apud. Wess. N. Gr. ZP. 31, 345sq. = K. 95, 337sq.: *λαβὼν πτερὸν ἴβεως* .... *περιελίξας ὀθονίῳ βυσσίνῳ.* — 2. De olivae ramo cf. p. 26. — 4. *κοιμῶ ἁγνός*: cf. p. 28sq. De *ψιάθῳ* v. p. 29sq. Vocula '*χαμαί*' hac in re quam maximi est momenti; nam in oneiraeteto adhibita declarat per incubationem magicam, cum somniis doceri vellent, in terra ipsa dormiendum fuisse — id quod vetustam redolet incubationem. — De lychni adlocutione cf. p. 26sq. et 31. Septies pronuntiatur *ὁ λόγος*, numerus 7 sacer. — 5. Sequitur hymnus in Mercurium, de quo vide nonnulla p. 21 in adnotatione.

1) *ἄλειψον* proponebat Hercherus, v. Parthey p. 164 ad 74.

II.

Wess. N. Gr. ZP. 32, 367 sqq. = Ken. 96, 359 sqq.

Ὀνειραιτητόν· λαβὼν ῥάκος λινοῦν καθα[ρὸ]ν γράφε εἰς αὐτὸ τὸ ὑποκάτω π̄
καὶ ἑλίξας καὶ ποιήσας ἐλλύχνιον ἄναψον ἐπιβαλὼν ἔλαιον καθαρόν. λόγος ὁ γραφόμενος οὗτος· αρμιουθ λαιλαμχωουχ
αρσενοφρηφρην φθα αρχεντεχθα. ἑσπέρας οὖν, ὁπόταν μέλλῃς κοιμᾶσθαι, καθαρὸς ἀπὸ παντὸς τόδε ποίει· προσελθὼν τῷ λύχνῳ λέγε ἑπτάκις τὸν ὑποκείμενον λόγον καὶ ζβέσας αὐτὸν
κοιμῶ. λόγος ὁ λεγόμενος οὗτος· αχμου . . επαημα λιγοτηρηηνχ·
ὁ αἰὼν ὁ βροντῶν ὁ καταπεπωκὼς τὸν ὄφιν καὶ τὴν σελήνην ἐμπεριλαμβάνων καὶ καθ' ὥραν ἐξαίρων
τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου χθεθω[κ]οι(?) ὄνομά σοι ἀξιῶ ὑμᾶς τοὺς κυρίους τῶν θεῶν σηθ· χρηψ· χ[ρ]ηματίσατέ μοι περὶ ὧν βούλομαι.

1. *ονειρ* / P. — $\overset{\lambda}{\alpha}$ P. — *καθα[ρο]ν* K. *καθαρον* W. — *γρ* / K. *χρ* / W. — *ϋποκατω* P. *ὑποκείμενον* W. — *π* K. ('perhaps *προσωπον*'). □ (= *ὄνομα*) W. — 2. *ελλιξας* P. em. W. — 3. $\overset{\lambda}{o}$ P. — '*αρμιουθ*'' *λαιλαμχωουχ* K. *λαιλαμχωοιχ* (*αρμιουθ·* supra) W. — 4. *αρσενοφρηφρην* K. *αρσενοφρη φρην* W. — *ἑσπερας* W. — 6. $\overset{\lambda}{\varepsilon}$ K. $\overset{\lambda}{o}$ W. — ξ̄ P. — *ϋποκει* / P. (*υποκει* / K.) — $\overset{\lambda}{o}$ P. — 7. *κοιμου* P. em. W. — *λόγος ὁ λεγόμενος οὗτος* D. $\overset{\lambda}{o}$ *λεγ* / *ουτως* P. *λόγος· λέγε οὕτως* W. (*ουτω* K.). — *σαχμου . . επαημα λιγοτηρηηνχ* K. *αχμουνε παημαλι τοτηρηηνχ* W. — 8. *τη¯* P. — 9. *εμπεριλαμβα[ν]ων* W. — 10. ☙ P. — *χθεθω[κ]οι* K. *χθεθωνι* W. — post *σοι* lacuna W. — *ϋμας* P. — 11. *κ̄ς̄* P. — *θ̄ν̄* P. — *β[ουλο]ᵘ* K. *βᵘ[. . .* W.

Adnotando ea tantum attingere possumus, quae ad ritus pertinent; verba illa magica nec secus invocationem ipsam gnosticorum doctrinam sapientem omittimus. — Hic quoque inscriptum videmus *ὀνειραιτητόν*, cf. I 1 et p. 30 sqq. *ῥάκος λινοῦν*, sicut in oneiraeteto antecedenti *βύσσινον ῥάκος* restituimus; cf. p. 25. *καθαρὸν* (cf. 3: *ἔλαιον καθαρόν*, 5: *καθαρὸς ἀπὸ παντός*): v. p. 29. *γράφε κτλ.*: scripta eiusmodi magica saepissime adhibentur. 3. De oleo cf. p. 20 sqq. 4. Attendas verba *ἑσπέρας οὖν, ὁπόταν μέλλῃς κοιμᾶσθαι.* 6. Rursus occurrit lychni adlocutio in oneiraetetis usitata, cf. p. 31. *ἑπτάκις*: cf. I 4. *ζβέσας αὐτὸν κοιμῶ* (cf. 4 sq.): *αὐτὸν* sc. *τὸν λύχνον*; quocum conferri potest Aristoph. Plut. 668 sqq.: *ὡς δὲ τοὺς λύχνους ἀποσβέσας | ἡμῖν παρήγγειλ' ἐγκαθεύδειν τοῦ θεοῦ | ὁ πρόπολος.* (cf. p. 26, 2.) 7. *λόγος ὁ λεγόμενος οὗτος·* sic scripsi maxime attendens v. 3: *λόγος ὁ γραφόμενος οὗτος.* Duo igitur sunt *λόγοι*, alter *γραφόμενος* alter *λεγόμενος*, atque optime hoc modo inter se excipiunt: *γράφε . . . λόγος ὁ γραφό-*

μενος οὗτος . . . λέγε . . . τὸν . . . λόγον . . . λόγος ὁ λεγόμενος οὗτος. cf. etiam p. 31, 2. Facillime id quod in papyro exaratum videmus: $\overset{\lambda}{o}$ λεγ / ουτως corruptum esse potest ex: $\overset{\lambda}{o}$ ο λεγ/ουτος. 11. χρηματίσατέ μοι περὶ ὧν βούλομαι: formula, qua fere terminantur invocationes magicae.

III.

Wess. Neue Gr. ZP. 43, 694 sqq. = Ken. 104, 628 sqq.

Λαβὼν καλαβώτην ἀπ[ὸ ὑγ]ροῦ ἔασον αὐτὸν
εἰς κρίνινον ἕως ἂν ἀποθεωθῇ· ἔπειτα γλύψον 695 W.
τὸν ἐν Μέμφει Ἀσκληπιὸν ἐπὶ δακτυλίου 631 K.
σιδηροῦ ἀπὸ ἀναγκαπέδης καὶ βάλε εἰς κρίνι-
νον ἔλαιον, καὶ ὅτε χρήζῃ λαβὼν τὸν δακτύ-
λιον δεῖξον τῇ ἄρκτῳ λέγων τὸν λόγον ἑπτάκις· μενωφρι·
ὁ ἐπὶ τὰ χερο[υ]βὶν καθήμενος, πέμψον μοι 700 W.
τὸν ἀληθινὸν Ἀσκληπιὸν δίχα τινὸς ἀντι- 635 K.
θέου πλανοδαίμονος· εἶτα ἔνεγκ[ο]ν τὸ θυμια-
τήριον, ὅπου μέλλεις κοιμᾶσθαι, κ[αὶ] θῦσον λιβάνου
κόκκους τρεῖς καὶ περιένεγκον τὸ δακ[τ]ύλιον ἐπὶ
τῆς ἀτμίδος τοῦ λιβάνου λέγων ἑπτάκις τὸν [λόγον] χαναψ: 705 W.
ωαειαψ: ωακλυσιφθα: κύριε Ἀσκληπιέ, 640 K.
φάνηθι· καὶ φόρει τὸν δακτύλιον εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐν τῷ
λιχανῷ.

1. απ[ο υγ]ρου K. απ[ο . . .]ρου W. — 2. γλυψο¯ P. — 4. ἀναγκοπέδης W. — 6. $\overset{\lambda}{o}$ $\bar{\zeta}$ P. — 7. $\breve{o}$ P. — επει P. em. W. — χερο[υ]βιν K. χερουβιν W. — αληθϊνον K. — 9. ενεγκ[ο]ν K. ενεγκαι W. — θυμιατηρον K. — 10 λιβ / P. — 11. $\bar{\gamma}$ P. — περϊενεγκον K. — δακ[τ]υλιον K. δακτυλιον W. — 12. ατμιτος P. em. W. — λιβ / P. — $\bar{\zeta}$ P. — τον[$\overset{\lambda}{o}$] K. τον [. . .] W. — 13. ωακλυσιφθα K. ωακ·λυσι/φθα·· W. — 14. φανητι P. em. W. — φορε P. em. W. — δακ^{τ} P. — δεξ/χειρ/ P.

Differt quidem, ut primo aspectu cognosci potest, hic locus ab iis, quos modo protulimus. Nam neque ὀνειραιτητόν inscriptum legitur neque vero ritus quidam praescribuntur, qui cum ritibus observatis magis consentiant. Tamen hos quoque versus voluimus adnectere, quibus videlicet de Aesculapio agatur per somnum apparituro, itaque de deo, qui in somniis incubantibus se offerre medelamque aegrotis praebere solebat. At quidem in somnio exspectari Aesculapium elucet e v. 9 sq.: ἔνεγκον τὸ θυμιατήριον, ὅπου μέλλεις κοιμᾶσθαι, quocum cf. II 4 sq.: ἑσπέρας οὖν, ὁπόταν μέλλῃς κοιμᾶσθαι, quae verba in oneiraeteto exstant. Videtur Aesculapius quoque sicut alii dei invocari, ut dormienti de rebus quibusdam vaticinetur (χρηματίζειν); quae res, si ita sese habet, deus salutifer in magicis vim suam

divinandi recuperavit, quae non exstincta quidem tamen prae illa vi medendi maxime erat repressa[1]).

Versus 1—5 digni sunt, qui attendantur: nam quis non videat *καλαβώτην* quendam hic aliquo modo cum Aesculapio coniunctum esse. Viri doctissimi, qui nomen *Ἀσκληπιός* cum *ἀσκάλαβος* = *ἀσκαλαβώτης* = *καλαβώτης* cohaerere putabant[2]), auctore antiquo adiuvari videntur; neque enim dubito quin magus ille, qui praeceptum quod ante oculos habemus composuit, inter Aesculapium et *ἀσκαλαβώτην* aliquam convenientiam esse persuasum sibi habuerit. An fortasse traditione quadam nisus sit, non possumus exsequi.

Pauca de illis rebus, quae ad nos, adnotanda. 2. *ἀποθεωθῆναι* = *ἀποθανεῖν*; cf. schol. in Tzetz. Chil. IX 161 (in Tzetz. epist. editione p. 129 Pressel). — 3. De Aesculapio Memphi culto v. Ammian. Marcell. XXII 14, 7 p. 254, 28 E.: „*ducitur* (sc. Apis) *Memphim, urbem frequentem praesentiaque numinis Aesculapii claram.*" — 6. 12; 11: 7 et 3[3]) occurrunt numeri. — 9 sq. *θυμιατήριον* in Apellae quoque invenitur inscriptione p. 114, 19 Baun., ubi somniat ille se exire ex abato, *παιδάριον*[4]) *δὲ ἡγεῖσθαι θυμιατήριον ἔχον ἀτμίζον*.

Priusquam ab incubationis ritibus discedamus, unum locum prioris papyri Berolinensis velim proferre. Legitur enim apud Partheyum p. 129, 327 sqq. Apollinis invocatione perfecta hoc: *καὶ ὅταν εἰσέλθῃ, ἐρώτα αὐτὸν περὶ οὗ θέλεις, περὶ μαντείας, περὶ ἐποποιΐας, περὶ ὀνειροπομπίας, περὶ ὀνειραιτησίας*[5]), *περὶ ὀνειροκριτίας, περὶ κατακλίσεως, περὶ πάντων ὅ[σ]ων ἐστὶν ἐν τῇ μαγικῇ ἐμπει[ρίᾳ]*. *κατακλίνειν* vel rectius *κατακλίνεσθαι* apud Graecos de iis dicebatur, qui in templis deorum ad incubandum prosternebantur[6]); qua de causa cum l. c. voci *κατάκλισις* antecedant *ὀνειροπομπία, ὀνειραιτησία* (cf. p. 30 sqq.), *ὀνειροκριτία*, facile conicias verba *περὶ κατακλίσεως* vertenda esse 'de incubatione'; tamen cavendum est. Nam in papyris magicis,

---

1) v. Rohde Psyche² I 141, 3. Locis citatis addas Orig. c. Celsum III 24: *πολὺ ἀνθρώπων πλῆθος .... ὁμολογεῖ .... ὁρᾶν* (sc. *τὸν Ἀσκληπιόν*) ... *θεραπεύοντα καὶ εὐεργετοῦντα, καὶ τὰ μέλλοντα προλέγοντα κτλ.* Lucian. deor. concil. 16 (in ridiculo Momi psephismate): *ἐργάζεσθαι δὲ τὰ αὐτοῦ ἕκαστον, καὶ μήτε τὴν Ἀθηνᾶν ἰᾶσθαι μήτε τὸν Ἀσκληπιὸν χρησμῳδεῖν κτλ.* Itaque vaticinabatur Aesculapius, id quod non suo fieri iure sentiebatur. Vis illa divinandi etiam perlucere videtur in miraculo iamatum Epidauriorum, nr. 80 IV Baun. (= Fouilles d'Ép. 2, 19 sqq.), ubi incubat pater, cuius filius saxis circumclusus reperiri non potest: somniat a deo in illum se locum duci, ubi erat filius; somnium secutus profecto septimo die puerum recuperat.

2) Welcker Griech. Götterlehre II 736. Angermann Curt. Stud. IX 247. cf. Thraemer Pauly-Wissowa s. v. Asklepios p. 1643.

3) De 3 numero vide Diels Sibyll. Blätter p. 40, 1.

4) Puer cum *θυμιατηρίῳ* Wess. Gr. ZP. 104, 39 sqq. = Ken. 66, 38 sqq.

5) Sic emendandum traditum *ονειροτησιας* ($ο < ε < αι$).

6) cf. p. 7 sq.

quamvis nonnumquam occurrit vox *κατάκλισις*, nullo vero loco significationem illam exhibet[1]). Wess. Gr. ZP. 83, 2496 sqq. postquam praescriptum est, quid sit faciendum, ut femina quaedam in domum tuam veniat, pergitur: *ἐπὶ κατακλίσεως τούτοις χρῆσαι τοῖς λόγοις προστιθεὶς ὅτι κατάκλινον τὴν* Δ *ἣν* Δ (= *ἥν ἡ δ. ἐγέννησεν* W.), *ἐπὶ δὲ ἀναιρέσεως λέγε ἀνάσπασον αὐτῆς τὸ πνεῦμα* . . ., *ἐπὶ δὲ ὀνειροπομπῶν* . . ., *ἐπὶ δὲ ὀνειραιτήτου κτλ.* Vides hic quoque vocem *κατάκλισις* uno ordine enumerari cum '*ὀνειροπομπά*', '*ὀνειραιτητόν*'. Exstabant igitur diversa actionum magicarum genera, quorum unum erat *κατάκλισις*. E loco allato elucet *κατάκλισιν* magicam nihil habere cum incubatione commune, ergo cum in loco supra citato eodem modo cum isdem terminis technicis coniungatur, nobis fatendum est de incubatinne illic quoque cogitari non posse. Quidnam valet *κατάκλισις*? Papyri Parisinae locus docet deam invocatam *κατακλίνειν* aliquam feminam. Quod sequitur *ἀναίρεσις* videlicet de morte usurpatur: daemonis auxilio inimicus interficitur. Probat hoc quidem *κατακλίνειν* dici de daemone, qui ab homine quodam invocatur, ut inimicum lecto prosternat, scilicet m o r b o a f f i c i a t. Videtur simili modo deliberasse Partheyus, qui alterum locum papyri Berolinensis eumque p. 125, 188 sq. inspiciendum: *ἐρεῖ δέ σοι* (*ὁ θεὸς*) *περὶ κατακλίσεως ἀνθρώπου ἢ ζήσεται ἢ τελ[ευτήσ]ει*: hoc modo vertit (p. 134): „*Er wird dir Auskunft geben über die Krankheit eines Menschen, ob er leben oder sterben wird.*" Quocum non dissentiunt alii loci, ubi verbum *κατακλίνειν* ad certam actionem magicam significandam adhibetur[2]). Itaque, ut ad locum de quo exiimus revertamur, hoc modo illum vertendum esse putamus: „*Atque cum intraverit, interroges eum de quo velis, de divinatione, de carminum compositione, quomodo somnium alicui possis immittere, quomodo somnium accipias, quomodo somnium explices, quomodo inimicum m o r b o a f f i c i a s*[3]) *deque omnibus, quae ad magicam scientiam pertineant.*"

1) De Wess. N. Gr. ZP. 32, 356 sq. = Ken. 95, 348 sq. difficile est iudicare. Legis enim haec: *μαντεῖον* (*μαντιον* pap.) *ἐπὶ παιδός· κατακλίνας* (*κατακλεινας* pap.) *ἐπὶ τὸ ἔδαφος λέγε, καὶ φανήσεται αὐτῷ παιδίον μελάνχρουν*. Incertum, utrum *παῖς* prosternatur, an post *κατακλίνας* supplendum sit *σεαυτὸν*, quod quidem verisimilius videtur: sequens *αὐτῷ* non offendit, quia personae in praeceptis magicis non accurate distinguuntur; cf. ex. gr. Abrax. 203, 23 sqq.: *χάρασσε ἀδαμαντίνῳ λίθῳ τοὺς ὑποκειμένους χαρακτῆρας τοὺς ἀφθέγκτους, ὁ δὲ χ α ρ ά σ σ ω ν αὐτὰ ἔστω καθαρὸς ἀπὸ πάσης ἀκαθαρσίας κτλ.* De somniis certe non agitur.

2) Wess. Gr. ZP. 73, 2076 sqq.: *ἄγει* (est quidem *ἀγωγή*, quae Wess. ib. p. 83 *κατακλίσει* antecedit) *δὲ καὶ κατακλίνει καὶ ὀνειροπομπεῖ καὶ κατέχει καὶ ὀνειραιτητεῖ* (sc. *ὁ νεκυοδαίμων*). ib. 81, 2441 sqq.: *σκευὴ ἐπιθύματος σεληνιακοῦ ἄγουσα ἀσχέτους . . . κατακλίνει γενναίως καὶ ἀναιρεῖ* (!) *ἰσχυρῶς, ὀνειροπομπεῖ καλλίστως, ὀνειραιτητεῖ θαυμαστῶς.* ib. 86, 2622 sqq.: *διαβολὴ πρὸς σελήνην* . . . . . *ἄγει* . . ., *ὀνειροπομπεῖ, κατακλίνει, ὀνειροθαύπτει* (?), *ἀναιρεῖ* (!) *ἐχθρούς* (!!) *κτλ.*

3) Non recte hic Partheyus p. 137: „*(frage ihn) nach der H e i l u n g von Krankheiten*", qui nescio an de incubatione ipsa cogitaverit.

Quodsi hac in re quaestioni nostrae nihil profecimus, tamen inesse incubationi magicae, quae de incubatione chthoniis dis instaurata originem petivere, nobis videmur demonstrasse.

B. Symbola.

Accedamus nunc quidem ad symbola dispicienda, i. e. animalia aliasque res, quae propter vim quandam et indolem illis dis sunt sacrae vel in illorum deorum conspectu nobis occurrunt, qui *δι' ἐγκοιμήσεως* futura praedicere vel morbos sanare solebant. Parvum scilicet numerum locorum ad hanc rem pertinentium possumus afferre, cum non symbolorum chthoniorum indicem quasi universalem praebere propositum sit nec proponi potuerit, sed eae tantum, quod quidem ad Aesculapium attineat, res sint conferendae atque colligendae, quae cum ipsa incubatione aliquo modo artius cohaereant. Tamen cum symbola tractanda, id quod consentaneum est, in omni cultu chthonio latissime sint dispersa, saepius sicut in rituum catalogo antecedenti ad eos libros relegandi erunt legentes, quibus velut fontibus virorum clarissimorum doctrina de rebus symbolicis congesta uberius profluit.

I. Animalia[1]).

In tabulis Epidauriis bis apparet canis quidam[2]), cuius lingua[3]) sanantur aegroti, altero loco puer caecus altero puer, cui in cervice erat ulcus.

De canibus Aesculapii v. Thraemer Pauly-Wissowa s. v. Asklepios p. 1682 sq. Gaidoz Rev. archéol. 3me série IV (1884) p. 217 sqq. Toepffer Attische Genealogie p. 302. Furtwaengler Sammlung Sabouroff I 24 sq. De canibus in mortuorum cultu v. Rohde Psyche² I 242 adn. cf. Furtwaengler l. c. p. 24. Roscher Das von der Kynanthropie handelnde Fragment des Marcellus von Side, Abhandl. d. Sächs. Ges. d. Wiss. XVII (1896) phil.-hist. Kl., p. 25 sqq. Memineris Cerberum, Hecates canes, similia. Canum corpora in lustrationibus adhibita, Rohde Psyche² II p. 406. 407. De canibus in magicis usitatis v. Riefs s. v. Abergl. p. 72 sq. (Pauly-Wiss.). E papyris magicis ad-

1) De serpentibus omnia omittere constitui, quod quare factum sit facile intellegitur.

2) Nr. 59 (= 1 Fouilles) XIX 125 Baunack: *[Θ]ύσων Ἑρμιονεὺς παῖς ἀϊδής. οὗ[τος] ὕπαρ ὑπὸ κυνὸς τῶν κατὰ τὸ ἱαρὸν θ[εραπ]ευόμενος τοὺς ὀπτίλλους ὑ[γιὴ]ς ἀπῆλθε.* Nr. 80 (= 2 Fouilles) VI 35: *κύων ἰάσατο παῖδα Α[ἰγιν]άταν. οὗτος φῦμα ἐν τῶ[ι τραχ]άλῳ εἶχε. ἀφικόμενο[ν] δ' αὐτὸν ποὶ τ[ὸν] θε[ὸ]ν κύ[ω]ν τῶν ἱαρῶν ὕ[παρ τ]ᾶ γλώσσᾳ ἐθεράπευσε καὶ ὑγιῆ ἐπόη[σ]ε.*

3) De lingua dicitur modo sub 80, 37; tamen sub 59, 126 idem statuere licet, quia hic idem adhibetur verbum *θεραπεύειν*, quod illic cum voce *γλώσσᾳ* apparet coniunctum. De caninae linguae vi salutifera ex antiquis scriptoribus vide ex. gr. Aelian. hist. an. VIII 9: *τρωθέντες δὲ* (sc. canes) *ἔχουσι τὴν γλῶτταν φάρμακον, ᾗπερ οὖν περιλιχμώμενοι τὸ τρωθὲν μέρος εἰς ὑγίειαν ἐπανάγουσιν.* cf. Philostr. V. Ap. VI 43 p. 253, 22 K.: *καὶ . . . ἐκέλευσε τὸν κύνα περιλιχμήσασθαι τὸ δῆγμα, ὡς ἰατρὸς αὐτῷ πάλιν ὁ τρώσας γένοιτο.*

notamus haec: Wess. Gr. ZP. 56, 1434 (*εἰνοδία κύων μέλαινα* [= Hecate, cf. 1432]); 62, 1651 sq. (cf. 1655 sq.); 67, 1877 sqq. (imprimis 1911 sqq.: *βαυκύων ἐξορκίζω σε Κέρβερε κατὰ τῶν ἀπαγξαμένων καὶ τῶν νεκρῶν καὶ τῶν βιαίως τεθνηκότων* et 1916 sqq.: *ἐξορκίζω σε Κέρβερε κατὰ τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς τῶν καταχθονίων θεῶν.*); 77, 2260 (2261 commemoratur tartarus); 79, 2336 (*κύανος*, 2338: tartarus); 85, 2578; 86, 2645; 87, 2689 (*οὐσία* [?] *κυνός*; idem 93, 2875). *κυνάριον* 95, 2945 sqq. (2954: *κατάθου αὐτὸ εἰς τρίοδον*; 57: *ἐξορκίζω σε τρὶς κατὰ τῆς Ἑκάτης* [sic videlicet legendum, *τρισκαιδεκατης εκατης* pap. *ΚΑΤΑ* > *ΚΑΙΔ*]; 2961: *ἐξορκίζω σε κατὰ τῆς κόρης τριοδίτιδος*). *αἷμα τοῦ μέλανος κυνώτου* 109, 260 = Ken. 73, 256. *ἀμφόδευμα κυνός* Abrax. 188, 2.

In isdem tabulis Epidauriis de Ambrosia quadam Atheniensi agitur, quae altero oculo caeca deum erat aditura[1]); quae cum dei curationes earumque monumenta, tabulas scilicet votivas, irrisui habuisset, noctu a deo apparente sus argenteum in sacrum dedicare iubetur, *ὑπόμναμα τᾶς ἀμαθίας*[2]).

Hemitheae *τέμενος* adire non licebat iis, qui suem aut tetigerant aut ederant[3]).

Sues Aesculapio sacrificatas esse commemorat Philostr. V. Apoll. I 10. cf. Herodas IV 15 (ubi *χοῖρος*). Sus saepius in anaglyphis conspicitur, ubi homines adorantes cum animalibus sacrificandis deum adgrediuntur. cf. Duhn Archäolog. Zeitung 1877 p. 147 n. 15; p. 148 n. 17b; p. 152 n. 31; p. 153 n. 33 („*crassa*" adnotat Duhnius, gravida?). Athen. Mitteil. 1892 p. 234 fig. 5. Praecipue Cereri sues mactabantur, cf. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 108; Selenae et Dionyso ab Aegyptiis, Dieterich Pap. mag. p. 785, 1. Abrax. p. 158 A. Nemesibus *χοῖρος* offertur, C. I. G. II 2663. De sue fecunditatis signo v. Friedreich Symbolik etc. p. 446 sq. Lustrandi causa sacrificatur, cf. Diels Sib. Bl. p. 48, 2, 9. Friedreich p. 446. De magicis v. Riefs s. v. Aberglaube p. 79. *ὑαίνης δέρμα* cf. p. 27. *σπάθη ἀπὸ συὸς μέλανος* Wess. Gr. ZP. 99, 3117 sq. *αἷμα χοιρίου* 102, 3260. *χοίρεος πνεύμων* Wess. N. Gr. ZP. 25, 181 = Ken. 90, 181 (*χοιραιον πνευ*[*μ*]*ονα..φαγε* pap.).

Apud Trophonii oraculum ea nocte, qua quis descensurus erat, aries ater sacrificabatur *εἰς βόθρον* (Paus. IX 39, 6; cf. p. 17).

Ante incubationem instituendam Amphiarao aries mactabatur, cuius

---

1) Nr. 59 (= 1 Fouilles) IV 33 sqq. Baun.

2) Haec verba non (cum Cavvadia) eum in modum videntur intellegenda esse, quasi sus signum vel symbolum esset stultitiae: femina illa cum deum irrisisset, culpam suam dono aliquo abluere debet. Qua in re fere instituebatur sacrificium. Aesculapio cum alia sacrificabantur animalia tum sues. Ambrosia vero non vivam suem mactare, sed idem animal in effigie, quae aliquod pretium praestaret, deo dicare iubetur. *ὑπόμναμα τᾶς ἀμαθίας* nihil aliud nisi 'in stultitiae memoriam'.

3) Diodor. V 62, 5: *τὸν δ' ἀψάμενον ἢ φαγόντα ὑὸς οὐ νόμιμον προσελθεῖν πρὸς τὸ τέμενος.* Hac ex re fluxit historia de suibus, quae dormientibus virginibus patris vinum perdiderunt vase, quo conservatum erat, confracto; qua de causa virgines patris iram metuentes in mare se proiciunt, quarum una Molpadia ab Apolline servata Castabi sub nomine Hemitheae divinis honoribus fruitur, ib. 62, 3. 4.

pelle substrata dormientes somnia exspectare solebant. (Paus. I 34, 5; cf. p. 18 et 27).
Calchanti arietem atrum immolabant, in cuius pelle dormiebant oracula petentes. (Strabo VI 3, 9 p. 284; cf. p. 18 et 27.)

Nigra animalia omnino dis chthoniis offeruntur. cf. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 134 sq. Dieterich Abrax. p. 158 A. Aesculapio ut sus ita aries immolabatur, conferas anaglypha duo: Panofka Asklepios u. die Asklepiaden Abh. d. Berl. Akad. d. Wiss. 1845 tab. IV 2 (cf. p. 303 sq.) et Girard L'Asclépicion d'Athènes tab. IV, descriptum iam a Duhnio Griech. Reliefs Archäol. Zeit. 35 (1877) p. 144 nr. 9 (saec. IV): supplices adorantes Aesculapio et Hygieae arietem offerunt. De ariete vis genitalis signo v. Friedreich Symbolik etc. p. 489. Veneri sacer est „*als von verliebter Natur*," Preller-Robert Griech. Mythologie I 381. De ariete in magicis v. Riefs s. v. Abergl. p. 77, 11. cf. quod Vallachi arietum capita ad pestem arcendam idonea esse putant: Schott Wallachische Märchen p. 301 (cf. Friedreich l. c. adn. 3). Denique congeramus e papyris magicis, quibus locis de ariete atro agatur: *λίπος κριοῦ μέλανος ἄρρενος πρωτοτόκου καὶ πρωτοτρόφου* Wess. Gr. ZP. 47, 1092sq. cf. 48, 1101 sq. *ἐγκέφαλος κριοῦ μέλανος* ib. 53, 1314. *κριοῦ* (W.: *κρειου* pap.) *ὁλομέλανος ἐγκέφαλος* Wess. Neue Gr. ZP. 38, 548 = Ken. 101, 539. *αἷμα ἀρνὸς μέλανος* Ken. p. 123 CXXV 2. cf. ib. 105, 652 sq.: *αἷμα μελαίνης βοὸς ἢ ἀ[ρν]ὸς* .. = Wess. N. Gr. ZP. 44, 718 sq., qui pro *ἀ[ρν]ὸς* supplevit *α[ἰγ]ὸς*. (De asino nigro in magicis cf. Wess. Gr. ZP. 54, 1332: *ὄνου μέλανος στέαρ* et Wess. N. Gr. ZP. 30, 310 = Ken. 94, 301: *διὰ αἵματος ὀνίου μελάνου*.)

Latinus Faunum per somnum consulturus centum mactat oves (Verg. Aen. VII 93; cf. 87), Numa duas (Ov. Fast. IV 652sq.). cf. p. 18 et 27.

Ovis in lustrationibus sacrificatur, v. Diels Sib. Bl. p. 48, 2, 9 (de agno cf. ib. p. 69 et 122); dis chthoniis offertur, v. Friedreich Symbolik etc. p. 494. In magicis: *ὑμὴν προβάτου μέλανος* Wess. Gr. ZP. 41, 814 sq. *λευκοῦ* ib. 817 sq. *ὄνυχες προβάτου* Parthey 154, 142. cf. etiam Riefs s. v. Abergl. p. 77.

Mopsus incubanti imperat, ut taurus ater sibi immolaretur. (Plut. de def. or. 45 p. 434E/F.)
Acharacis cum panegyris celebrabatur, iuvenes nudi atque uncti meridie taurum in Charonium antrum deducebant, ubi paululum profectus cadebat animumque exspirabat. (Strabo XIV 1, 44 p. 650.) cf. p. 21 et 24.

De nigris animalibus cf. supra. Tauri immolantur in cultu chthonio, v. Dieterich Abraxas p. 158 A. Inter sacrificia Aesculapio offerenda nominatur *βοῦς*, Herodas IV 15. cf. Philostrat. V. Apollon. I 10 nec non Ephem. arch. 1899 p. 2, 18 sqq.: *τõι Ἀσσκλαπιõι θύεν βõ|ν ἔρσενα καὶ hομονάοις* | *βõν ἔρσενα καὶ hομονάα|ις βõν θέλειαν.* Aeginae Terrae sacerdos vaticinatura tauri sanguinem bibebat, priusquam in specus descenderet: Plin. hist. nat. 28, 9, 41. cf. de eadem re Pausan. in Achaicis VII 25, 13: *πίνουσαι δὲ αἷμα ταύρου δοκιμάζονται* (sc. mulieres sacerdotium petentes)· *ἣ δ' ἂν αὐτῶν τύχῃ μὴ ἀληθεύουσα, αὐτίκα ἐκ τούτου τὴν δίκην ἔσχεν.* Constat taurum Dionyso sacrum fuisse „*wegen seiner mit wildem und stürmischem Wesen verbun-*

denen Zeugungskraft," Preller-Robert Gr. Mythol. I 713. cf. Friedreich Symbolik etc. p. 504: „*Wie der Stier Sinnbild der Erzeugung und Fortpflanzung ist, so ist die Kuh Sinnbild des Gebärens und des Lebens der Mutter Erde, der Mutter des Lebendigen, das Sinnbild der Fruchtbarkeit.*" De placentis bovis instar formatis, quas secum portabant in Trophonii antrum descensuri v. infra p. 43, 4. De tauro vel bove in magicis v. Riefs s. v. Aberglaube p. 76. Taurus ater in magicis: ταύρου μέλανος στέαρ Wess. Gr. ZP. 54, 1333. Vacca atra: γάλα βοὸς μελαίνης ib. 43, 908 sq. βόλβιθον (= βόλιτον) βοὸς μελαίνης ib. 57, 1439 sq. γάλα βοὸς μελαίνης πρωτοτόκου καὶ πρωτοτρόφου ib. 100, 3149 sq. μελαίνης βοὸς γάλα Abrax. 172, 12 (cf. 181, 2). αἷμα μελαίνης (μελανης p.) βοός Wess. Neue Gr. ZP. 44, 718 sq. = Ken. 105, 652 sq.

Hercynam in Trophonii nemore cum Cora ludentem anser quidam effugisse atque in antro se occuluisse tradebatur sub lapide; quem cum tolleret Cora, ut anserem caperet, aqua subito inde profluxit. Flumen illud Hercyna appellabatur; in cuius ripa Hercynae erat templum: virginis inerat statua anserem tenentis. (Paus. IX 39, 2. 3.)

„*Anseres rei aliquid habuisse cum Orco*" adnotavit Dieterich Pap. mag. p. 785, 4 recte mea quidem sententia refutans Kellerum, qui in libro 'Tiere des klassischen Altertums' p. 292, 61 Friedreichii explicationes (Symbolik p. 586) reprehendit, praesertim cum Kellerus ipse l. c. p. 288 sqq. et p. 296 eroticam vim illius avis, qui fecunditatis signum habebatur, haud paucis verbis declaraverit. Ac vero inter omnes constat, quantum interfuerit Graecorum et Romanorum chthonios placare deos, quippe qui fecunditatem praeberent. Isidi quoque et Osiridi anseres immolabantur, Lenz Zoologie der alten Griechen und Römer p. 407. Friedreich l. c. Dieterich l. c. Nescio an fortasse cum erotica illa anseris significatione aliquo modo cohaereat id quod apud Aelianum exaratum reperis (hist. an. V 29): θερμότατος δὲ ἄρα ὢν καὶ διαπυρώτατος τὴν φύσιν ὁ χήν. Anseres omnino multis in templis habebantur, cf. Artemidor. Oneirocr. IV 83: ἱεροὶ γὰρ οἱ χῆνες καὶ ἐν ναοῖς ἀνατρεφόμενοι. E papyris magicis cf. haec: χὴν ἄσπιλος Dieterich Pap. mag. VII 2 et φῦσα χήνεια Wess. Gr. ZP. 113, 396 = Ken. 77, 382 ('windpipe of a goose'). Persuasum mihi habeo non sine causa Alexandrum illum Abonotichensem, qui altero p. Chr. saeculo totius mundi oculos in se converterat, Glyconem suum ex anseris ovo prodeuntem fecisse (Lucian. Alex. 13), praesertim cum capite sequenti (14) de novo illo Aesculapio iterum asseverari videatur *οὐκ ἐκ Κορωνίδος .... οὐδέ γε κορώνης, ἀλλ' ἐκ χηνὸς γεγεννημένον.*

Amphiarao gallinas sacrificatas esse ex Aristophanis Amphiarai fragmento concluserim[1]).

Plura de gallis v. infra p. 46 sq.

II. Alia.

Placentae Aesculapio cremabantur ante incubationem instituendam. (Aristoph. Plut. 660 sq.) cf. p. 18.

---

1) frg. 18 Kock: γύναι, τί τὸ ψοφῆσάν ἐσθ'; — ἀλεκτρυὼν
τὴν κύλικα καταβέβληκεν. — οἰμώζουσά γε.

Videtur gallina ab Atheniensi, qui cum uxore Amphiarai sacrum adiit, ad sacrificandum destinata fuisse; quamquam dubium est.

Homines Trophonium consulturi in adytum descendentes placentas secum ferebant, quae vario modo appellantur: *πλακοῦντες*, *πόπανα*[1]), *μᾶζαι*, *μαγίδες*[2]), *μελιτοῦτται*[3]), *βοῦς*[4]), *εἱλυταί*[5]).

Placentae dis chthoniis sacrificantur, v. Dieterich Abrax. p. 158 A. Stengel Gr. Kultusalt.² p. 89 sq. adnotat praecipue *πέλανον* (qui Ar. Plut. 661 commemoratur) in chthoniorum cultu usitatum fuisse, quamquam etiam aliis dis offerebatur, cf. Pollux VI 76: *πέλανοι δὲ κοινοὶ πᾶσι θεοῖς*. Placentae in magicis: *παρακείσθω δὲ αὐτῷ* (sc. *ἀλέκτορι λευκῷ*!) *πόπανα ζ πλακοῦντες ζ̄* Wess. Gr. ZP. 75, 2190 sq. *πλακοῦντας ζ′ καὶ πόπανα ζ′* (sc. *τέλεσον*) Parthey 128, 288. — De melituttis in cultu inferum v. Stengel Gr. Kultusalt.² p. 90. Rohde Psyche² I 305 adn. cf. Otto Jahn Archäolog. Beiträge p. 223, 15. Wess. Gr. ZP. 39, 754 sq.: *συνεμβαλὼν . . . καὶ μέλι λειώσας* (W.: *λιωσας* p.) *ποίησον μάζιον*.

---

1) *βαστάζουσι πλακοῦντά τινα* schol. Ar. Nub. 508 I. *τοὺς πλακοῦντας ἔχοντες* ib. III. *ἔχοντες ἐν ταῖν χεροῖν πόπανα* ib. IV = schol. Luc. dial. mort. 3 II. *πλακοῦντας ἔβαλλον* Suid. s. v. *Τροφώνιος*. *πλακοῦντας ἔβαλλον μέλιτι δεδευμένους* schol. Ar. Nub. 508 V.

2) *μάζας . . ἐν χεροῖν ἔχων* Max. Tyr. diss. 14, 2. *μᾶζαν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων* Luc. dial. mort. 3, 2. *μαγίδες, μᾶζαι, τουτέστιν ἄρτοι οὓς καταφέρουσιν οἱ εἰς Τροφωνίου κατιόντες* Etym. Magn. p. 573, 2 s. v. *Μαγίς*. cf. Hesych. s. v. *μαγίδες*. *ἔχων μάζας μεμαγμένας μέλιτι* Paus. IX 39, 11. *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τοιαύτας μάζας λαβόντες . . . . τὰς δὲ μάζας λαμβάνουσιν* schol. Ar. Nub. 508 V. *τὰς δὲ μάζας ἐλάμβανον* Suid. s. v. *Τροφώνιος*.

3) *μελιτοῦτται* schol. Ar. Nub. 508 III. *δός μοι μελιτοῦτταν πρότερον· ὡς δέδοικ᾽ ἐγὼ | εἴσω καταβαίνων ὥσπερ ἐς Τροφωνίου* Ar. Nub. 507 sq. *μελιτοῦττα μᾶζα μέλιτι δεδευμένη· ἣν ἔφερον, ὡς ἐδόκουν, τοῖς ὄφεσι τοῖς ἐν Τροφωνίου μαντευομένοις*. Suid. s. v. *μελιτοῦττα*. *μελιτοῦττα μέντοι Τροφωνίῳ* (sc. *προσφερόμενον*) Pollux VI 76 (quae secuntur [*καὶ ἀρεστήρ, καὶ ὑγίεια ὁμοίως*] non, ut primo videtur obtutu, ad Trophonium pertinent, cum supplendum sit *ἀπὸ τοῦ σχήματος κέκληνται*). *μελιτούττας ἀπάγοντες ἐν ταῖν χεροῖν* Philostr. V. Apollon. VIII 19 p. 335, 17 K. *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μελιτούττας λαβόντες, ὅ ἐστι μάζας μέλιτι δεδευμένας* Suid. s. v. *Τροφώνιος*. *ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ μελιτούττας λαβόντες . . . τὰς δὲ μελιτούττας, ὅ ἐστι μάζας, ἐλάμβανον κτλ.* Apostol. XVII 30.

4) Etymol. Magn. s. v. *βοῦς* p. 204, 7: *ἔστι βοῦς καὶ εἶδος πλακοῦντος διδομένου τοῖς εἰς Τροφωνίου καταβαίνουσι, διότι οἱ καταβαίνοντες εἰς τὸ ἄδυτον μυκηθμῶν αἰσθάνονται*. Causa, quae traditur, sine dubio plane fabulosa; tamen placentas eius formae exstitisse e Polluce discimus (VI 76): *κέκληνται δὲ* (sc. *οἱ πέλανοι*) *ἀπὸ τοῦ σχήματος, ὥσπερ καὶ ὁ βοῦς· πέμμα γάρ ἐστι κέρατα ἔχον πεπηγμένα, προσφερόμενον Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι καὶ Ἑκάτῃ καὶ Σελήνῃ*. Quamquam Trophonius hic non nominatur (cf. quae statim secuntur), Hecate quidem dea chthonia nobis occurrit. Ceteroquin fieri non potest quin adnotem alterum memorabilem Etymologici locum p. 203, 38, ubi legis: *βοῦς· τὸ ζῷον παρὰ τὸ βῶ, τὸ τρέφω, τὸ τρέφον ἡμᾶς ἐκ τῆς περὶ τὴν γῆν ἐργασίας. βῶ, τρέφω, βοῦς, Τρεφώνιος*!?

5) Sic enim explicat Meisterus (Boeot. Inschr. p. 159) hanc vocem *εἱλυτή* (sc. *μᾶζα*, comparatur *στρεπτός* sc. *πλακοῦς*), quae bis invenitur in decreto Lebadeensium C. I. G. Sept. I 3055, 4 sqq. = Meister Boeot. Inschr. p. 156 nr. 413: (*κατιαρῶμεν*) *δέκα δραχμάων ε[ἱλ]υ[τ]ὰς* (nam sic accentum cum Meistero ponendum esse existimo) *δέκα κατὰ αὐτ[όν]. κὴ ὅστις [μ]εὶ καταβεβάων ἀντίθε[ιτι κατὰ αὐτ]ὸν δέκα δραχμάων εἱλυτὰς δέκα, γραφέμεν αὐτ[ὸν] ἐν τρία τάλαντα*.

Hemitheae Castabi libabatur μελίκρατον[1]).

De μελικράτῳ in cultu inferum v. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 111, in mortuorum cultu ib. p. 132. cf. de νηφαλίοις p. 17. ἄλφιτα cum μελικράτῳ praebebant draconti sacro Melitensi (ἀναδεύσαντες μελικράτῳ) Ael. h. an. XI 17. cf. XVII 5. cf. Wess. Gr. ZP. 96, 3003 sq.: ἑπτὰ μὲν πυροῦ κόκκους, τοὺς δὲ ἴσους κριθῆς μέλιτι δεύσαντες ἐνέβαλον κτλ.

Liceat in fine huius capitis de inscriptionibus Maffeianis, quas vocant, nonnulla proferre, quod qua de causa fiat mox intellegetur. Inscriptiones illae numero quattuor una in tabula coniunctae in Tiberis insula inventae sunt, ubi olim Aesculapii exstabat sacrum. Continent quattuor sanationes in illo Asclepieo factas, quas nunc paulo accuratius dispiciemus. Idoneum existimo integras eas describere[2]).

I. *Αὐταῖς ταῖς ἡμέραις Γαΐῳ τινὶ τυφλῷ ἐχρημάτισεν* (ὁ θεὸς) *ἐλθεῖν ἐπ[ὶ τὸ] ἱερὸν βῆμα καὶ προσκυνῆσαι, εἶ[τ]α ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν καὶ θεῖναι τοὺς πέντε δακτύλους ἐπάνω τοῦ βήματος καὶ ἆραι τὴν χεῖρα καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τοὺς ἰδίους ὀφθαλμούς, καὶ ὀρθὸν ἀνέβλεψε τοῦ δήμου παρεστῶτος καὶ συγχαιρομένου, ὅτι ζῶσαι ἀρεταὶ ἐγένοντο ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ ἡμῶν Ἀντωνείνου.*

II. *Λουκίῳ πλευρειτικῷ καὶ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρησμάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι τέφραν καὶ μετ' οἴνου ἀναφυρᾶσαι καὶ ἐπιθεῖναι ἐπὶ τὸ πλευρόν, καὶ ἐσώθη καὶ δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν τῷ θεῷ καὶ ὁ δῆμος συνεχάρη αὐτῷ.*

III. *Αἷμα ἀναφέροντι Ἰουλιανῷ ἀφηλπισμένῳ ὑπὸ παντὸς ἀνθρώπου ἐχρησμάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ ἐσώθη καὶ ἐλθὼν δημοσίᾳ ηὐχαρίστησεν ἔμπροσθεν τοῦ δήμου.*

IV. *Οὐαλερίῳ Ἄπρῳ στρατιώτῃ τυφλῷ ἐχρημάτισεν ὁ θεὸς ἐλθεῖν καὶ λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυῶνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος καὶ κολλύριο[ν] συντρῖψαι καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρεῖσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, καὶ ἀνέβλεψεν καὶ ἐλήλυθεν καὶ ηὐχαρίστησεν δημοσίᾳ τῷ θεῷ.*

Dispositio harum inscriptionum quattuor una est eademque. Initio nominatur aegrotus morbusque indicatur, quo laboret[3]) (2 caeci [sub I IV] 1 pleuriticus [sub II] 1 sanguinem erumpens [sub III]), sequitur remedium a deo per somnum scilicet significatum[4]), denique refertur de sanatione gratiisque deo actis.

Si remedia illa indicata accuratius perspicies, statim animad-

---

1) Diodor. V 62, 5: τὰς μὲν σπονδὰς μελικράτῳ ποιοῦσι. De causa huius ritus v. p. 40, 3.

2) De Kaibelio Inscript. Gr. Siciliae et Italiae nr. 966.

3) Sub II et III aegroti desperati erant ab omnibus hominibus.

4) Differunt hac in re inscriptiones Maffeianae ab inscriptionibus Epidauriis; hic enim non remedia commemorantur per somnum iussa, sed deus ipse noctu aegrotanti medetur.

vertes inter inscriptionem primam, quae fine quoque suo a reliquis nonnihil discedit, et inscriptiones sequentes esse aliquod discrimen; sanatur enim aegrotus sub I actione quadam mystica, accedit aram (? *βῆμα*) sacram eamque osculatur, a dextra procedit in sinistram partem, digitos omnes in ara ponit, tollit manum oculisque eadem manu imposita sanatur. Sub II III IV vero res quaedam adhibentur; quod autem ad has res attinet, primo obtutu elucebit certe nonnullas earum in chthoniorum cultu habere aliquam significationem. Iam singula sunt tractanda.

II. *ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι τέφραν καὶ μετ' οἴνου ἀναφυρᾶσαι.* Cinis (*τέφρα*) eam ob rem sanandi exhibet vim, quia in ara est dei, itaque sacer ac salutifer. Quocum conferas inscriptionem ex Asclepieo Lebenio, qua curationis fragmentum nobis traditur (Philologus XLVIII 402) v. 12: *εἶτα κονίαν ἀπὸ τῆς ἱερᾶς σποδοῦ* (sc. praescripsit deus). De vino in mortuorum cultu v. Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 132. cf. Diels Sib. Bl. p. 71, 1. Vinum, oleum, mel in eodem cultu: v. Rohde Psyche[2] I 231. Vinum, lac, mel in cultu chthonio: Dieterich Abrax. p. 158 A. Vinum in magicis: Wess. Gr. ZP. 43, 908. id. Neue Gr. ZP. 25, 171 = Ken. 89, 171. ib. W. 179 = K. 179. Parthey p. 120, 10. 23; 124, 171; 152, 74. *οἴνου κεράμιον* Abrax. 179, 7. *οἶνος ἀθάλασσος* ib. 171, 21; 172, 13. cf. 181, 2 sq. *οἶνος Αἰγύπτιος* Wess. Gr. ZP. 80, 2371. *οἶνος ἀθάλασσος Αἰγύπτιος* Abr. 204, 3. *οἶνος Μενδήσιος* Wess. Gr. ZP. 40, 768. Parthey 122, 85 sq. (cf. infra p. 47.) *σπένδε γάλα μέλι οἶνον ἔλαιον* Wess. Gr. ZP. 75, 2192 sq. *γάλα οἶνον ὕδωρ... σπένδε* Abrax. 204, 4. *σπονδὴν τέλε[σο]ν ἀπὸ οἴνου καὶ μέλιτος καὶ γάλακτος καὶ ὀμβρίου ὕδατος* Parthey 128, 286 sq. cf. Riefs s. v Abergl. 66 sq.

III. *ἐκ τοῦ τριβώμου ἆραι κόκκους στροβίλου καὶ φαγεῖν μετὰ μέλιτος ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. κόκκοι στροβίλου*, si in ara positi erant, videlicet Aesculapio sacrificabantur. *στρόβιλος* est pinea, nux pinus, 'Fichtenzapfen'. Aesculapius Sicyonius a Calamide factus altera manu pineam tenebat[1]). Ad monumenta quod attinet, cf. Thraemerum in Roscheri lex. myth. s. v. Asklepios p. 628. Corona pinea ornata est parva statua Aesculapii Berolinensis, v. Thraemer Pauly-Wiss. p. 1681. In Longi Pastoralibus Panis statua sub pinu posita est[2]). Attendas Panem fere eundem esse ac Faunum[3]), cui incubaverunt Numa et Latinus. „*pinus grata deum matri*" Ov. Met. X 103 sq. In Thesmophoriis *λαμβάνουσι . . κώνου* (= *στροβίλου*) *θαλλοὺς διὰ τὸ πολύγονον τοῦ φυτοῦ. ἐμβάλλονται δὲ καὶ εἰς τὰ μέγαρα οὕτως καλού-*

---

1) Paus. II 10, 3: *ἔχει δὲ (ὁ θεὸς) . . . ἐπὶ τῆς ἑτέρας χειρὸς πίτυος καρπὸν τῆς ἡμέρου.*

2) Longus II 24, 2 p. 275, 17 Hercher.

3) Maenalius deus de Fauno Ov. Fast. IV 650. Maenalius = Arcadius, Arcadia Panis.

μενα ἄδυτα (sc. Cereris): schol. Luc. dial. meretr. II 1 publici iuris factum a Rohdio Mus. Rhen. XXV 548 sqq. cf. Steph. Byz. s. v. *Μίλητος* (ubi locus valde corruptus): *καὶ ἐπὶ τὰ τῆς Δήμητρος ἱερὰ κλῶνον πίτυος τίθεσθαι* (*νομίζουσιν*? Mein.). Iam satis apparet pinum apud deos chthonios vel eos, qui cum iis concinunt, velut Cybele, aliquam vim habuisse. Fecunditatis signum pinum vel pineam esse in Cereris cultu Luciani scholiasta nobis tradit; num res alias similiter sese habuerit, hic in dubio relinquamus. Addamus tamen, ut consuevimus, locos papyrorum magicarum, ubi pinea vel pinus commemoretur: *στρόβιλοι* Dieterich Pap. mag. I 21/2. Abrax. 170, 1. 11. ib. 204, 2. *στροβίλια* . . . *ζ*′ (!) Parth. 127, 245. Memorabilis, si quae modo de pineae vi adnotavimus memineris, locus apud Wess. Neue Gr. ZP. 25, 182 sqq. = Ken. 90, 182 sqq.: *πολλὰ β[ιν]εῖν δύνασθαι· στροβίλια πεντήκοντα μετὰ δύο κνά[θ]ων γλυκέος καὶ κόκκους πετέρεος τρίψας πῖε. πίτυς* apparet ib. 174 = Ken. 89, 174. *ῥητίνη* ('Harz') *ἐκ πίτυος* Wess. Gr. ZP. 95, 2970. — De melle in cultu chthonio pauca addenda. Nonnulla cf. p. 45 sub II. De melituttis v. p. 43. De melicrato p. 44. cf. Diels Sib. Bl. p. 71. Mel in magicis: Wess. Gr. ZP. 39, 755; 40, 781; 43, 908; 96, 3004. id. Neue Gr. ZP. 25, 185 = K. 90, 185. Parth. 120, 20; 150, 19. Abrax. 179, 7. *Ἀττικόν* Wess. Neue Gr. ZP. 26, 192 = Ken. 90, 192 (W. false legit). Parthey 120, 6. — Denique attendas per tres dies durare curationem, cf. p. 37, 3.

IV. *λαβεῖν αἷμα ἐξ ἀλεκτρυῶνος λευκοῦ μετὰ μέλιτος καὶ κολλύριο[ν] συντρῖψαι καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐπιχρεῖσαι ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς.* Gallum Aesculapio sacrificatum esse notissimum ex celeberrimo Phaedonis Platonici loco p. 118 A[1]). cf. Herodas IV 12. 16. Artemid. Oneir. V 9. Festus p. 110 M. (gallinae; quae fortasse etiam Amphiarao Oropi offerebantur, cf. p. 42). Plura apud Baethgenum De vi ac significatione galli in religionibus et artibus Graecorum et Romanorum p. 32 sqq.[2]) Vide etiam Stengel Gr. Kultusalt.[2] p. 108. De gallis in mortuorum cultu v. Stengel ib. p. 132 (cf. p. 134). Rohde Psyche[2] I 242 A. Dieterich Abrax. p. 158 adn. Baethgen l. c. p. 23 sqq. Animalia albi coloris in sacrificiis lustrandi causa susceptis mactabantur, Stengel

1) Spectant ad hunc locum patres ecclesiastici, qui non sine indignatione de re ipsa disputant, Tertullian. de an. 1. Lactant. Divin. instit. III 20.

2) Quodsi Baethgenus p. 32 scribit: „*incubationem mane galli cantu finiri non iniuria conicitur*“, maxime tibi licebit dubitare, quin hac de causa gallus cum Aesculapii cultu sit coniunctus. — In inscriptione Epidauria nova (Ephem. arch. 1899 p. 1, 5 et p. 2, 23) Latonae Artemidique et Aesculapio *κάλαϊς* (vel *καλαῖς*) iubetur sacrificari, qua sub voce hic gallum illic gallinam intellegendam esse censet Cavvadias p. 5 sqq. Qui tamen putat vocem *κάλαϊς* proprie barbam gallinacei significare (= *τὰ κάλλαια*) itaque partem positam esse pro toto. Secundum Meisteri sententiam *ἁ καλαῖς* (sc. *ὄρνις*) de ipso ave, gallo vel gallina, dicitur (Ber. d. Sächs. Ges. d. Wiss. 1899 phil.-hist. Kl. p. 153). Sexum avis fortasse nihil valere in utroque sacrificio id. existimat p. 154.

l. c. p. 134. Gallum album sacrificabat Pyrrhus rex, cum spleniticos pede dextro sanabat.[1]) Pythagorei gallum album edere vetiti erant.[2]) De gallis in magicis v. Riefs s. v. Abergl. p. 72. Nonnulla apud Dieterichum Pap. mag. p. 785, 3 („*fere semper albi coloris*"). E papyris magicis adnotaverim: Dieterich Pap. mag. I 30. VII 2. Abrax. 171, 13; 181, 15. 16. Wess. Gr. ZP. 80, 2371. *ἀλέκτορες δύο λευκοί* Abrax. 170, 1 (cf. 180, 16). *θύε δὲ λευκὸν ἀλέκτορα ἄσπιλον* ('ohne Flecken') *καὶ ἄλλον ἄφες καὶ περιστερὰν ὁμοίαν* ib. 170, 14 sq. *ἀλέκτωρ λευκὸς ἢ ξανθός* Pap. mag. IX 32. *ἀποτεμὼν τὴν κεφαλὴν ἀλεκτρυόνος τελείου ὁλολεύκου* Wess. Gr. ZP. 21, 35 sq. (cf. 41: *τὸ δὲ αἷμα ἀποδεξάμενος τῇ δεξιᾷ χειρί*). *θύσεις ἀλέκτορα λευκόν, παρακείσθω δὲ κτλ.* ib. 75, 2190 sq. *ἔχων ὁλόλευκον ἀλέκτορα καὶ [σ]τρόβιλον, καὶ οἶνον σπένδων* Parth. 152, 73 sq. (cf. p. 33/4). — De melle v. sub III, ibidem de tribus curationis diebus. — Itaque ex sanguine et melle *κολλύριον* conterere praecipitur. Illud *κολλύριον* in lexicis sic explicatur: „*Eine dem Teige der* *κολλύρα* (h. e. genus quoddam panis) *ähnliche Masse, die als Augensalbe gebraucht wurde*; *übh. Augensalbe.*"[3]) Id quod optime illustratur atque confirmatur papyris magicis: nam eaedem res, quibus unguentum in inscriptione Maffeiana componitur, in papyris occurrunt, ubi praescribitur, quomodo collyria, panum videlicet genus, sint paranda. Legis enim Wess. Gr. ZP. 53, 1315 sq.: *οἴνῳ λευκῷ Μενδησίῳ* (cf. p. 45 sub II) *καὶ μέλιτι ἀναλάμβανε*[4]) (sc. quae antecedunt) *καὶ ποίει κολλούρια* (= *κολλύρια*). Vel ib. 87, 2680 sqq.: *κόψας ὁμοῦ πάντα ἀναλάμβανε οἴνῳ Μενδησίῳ καὶ μέλιτι, καὶ ποίει κολλύρια κυάμοις ἶσα.* Vides hic illic *μέλι* commemorari, sicut in inscriptione IV. Praeterea attendas verba *κυάμοις ἶσα*; de fabarum significatione cf. p. 15 sq. Vide deinde Wess. l. c. 2690 sq.: *ἀναλαβὲ ὄξει· ποιήσας κολλούρια σφράγιζε δακτυλίῳ ὁλοσιδήρῳ ὁλοστόμῳ ἔχοντι Ἑκάτην.* Iam dea chthonia apparet aliquo modo cum collyriis coniuncta. Denique inspicias ib. p. 93, 2891 sqq., ubi legis haec: *ἀγωγή· πρὸς τὸν ἀστέρα τῆς Ἀφροδίτης ἐπίθυμα· περιστερᾶς λευκῆς αἷμα καὶ στέαρ, ζμύρνη ὠμὴ καὶ ὀπτὴ ἀρτεμισία, ὁμοῦ ποίει κολλούρια καὶ ἐπίθυε κτλ.* Itaque id quod desiderabatur

---

1) Plut. Pyrrh. 3: *τοῖς δὲ σπληνιῶσιν ἐδόκει βοηθεῖν ἀλεκτρυόνα θύων λευκόν, ὑπτίων τε κατακειμένων τῷ δεξιῷ ποδὶ πιέζων ἀτρέμα τὸ σπλάγχνον.*

2) Laert. Diog. VIII 1, 34. Suid. s. v. *Πυθαγόρας*. De gallis albis heroibus sacris in Aristophanis 'Heroibus' dictum esse e locis citatis concludi non potest, quia versus e comoedia illa allati non nisi ad escas, quae de mensa in solum ceciderunt, pertinent. Verbis *ἀλεκτρυόνος μὴ ἅπτεσθαι* pergitur in enumerandis, quas vitare deceat, escis.

3) cf. Isidor. Etymol. IV 9, 10: „*Collyria Latine sonant* (v. l. *Latinum sonat*), *quod vitia oculorum detergant.*" Quantum in oculorum curationibus valuerint collyria, videas e Kuehnii indice Galeniano vol. XX p. 157 sq.

4) Videtur esse nostrum 'anmachen', cf. ib. 66, 1836 sq.: *ἀναλάμβανε οἴνῳ εὐώδει πάντα ἶσα.*

adhuc, sanguis albi animalis, iam adest; tamen non galli, sed columbae, quia non de Aesculapio agitur, sed de Venere, cui columba sacra sicut Aesculapio gallus. Videntur igitur haec collyria in magicis nec non in cultu chthonio certam quandam exhibuisse vim et significationem.

Nihil ergo relinquitur dubii. Solis luce clarius est omnia inscriptionum tractatarum remedia symbolicam, ut ita dicamus, habere vim in cultu chthoniorum. Qua ex re sequitur in medicina mystica eiusmodi res medendi causa usitatas fuisse, quae cum dis chthoniis aliquo modo cohaererent[1]). Nec mirum, cum ipsi di chthonii praediti fuerint vi medendi. Iam vides, quam arte in cultu illo omnia sint coniuncta. Non decet nos, sicut huius capitis initio monuimus, in ultimas latebras reconditas irrumpere velle, liceat tamen aliquid sensisse.

---

1) Similiter fortasse iudicandum est de iis locis, ubi Aesculapius suillam aegroto commendavisse dicitur. v. Suid. s. v. *Δομνῖνος*. cf. Aristid. II p. 386, 18 Keil. Alexander Abonotichensis (Luc. Alex. 25) pedem suillum edendum esse oraculo praescribit. v. Wess. N. Gr. ZP. 25, 180 sq. = K. 90, 180 sq. (cf. p. 40): *πολλὰ πίνοντα καὶ* (om. W.) *μὴ μεθύειν· χοίρεον πνεύ[μ]ονα ὀπτήσας φάγε.* De sue Aesculapio sacrificata cf. p. 40. De ansere quoque in remediis adhibito haud secus iudicaverim: v. Aristid. p. 390,4: *στέαρ χήνειον*. ib. p. 423,24: *ᾠὸν χήνειον*. De ansere cf. p. 42. Sus et anser in remedio coniuncti apud Aristid. p. 404, 14: *πρῶτον μὲν ἧπαρ, οἶμαι, χηνὸς ... ἔπειτα ὑείον τι ὑπογαστρίον.* — Mirabitur quis, puto, si apud Cael. Aurelian. Morbor. chronic. II 4 p. 130 Haller leget dentibus laboranti oris collutionem adhibendam esse — l a c t e c u m m e l l e. — Pauca addiderim de remedio certe magico, quod vocatur *κοῖφι* vel rectius *κῦφι*. Erat enim secundum Plut. de Is. et Os. 80 p. 383 E compositum e sedecim rebus. Damocratis praeceptum *κῦφι* parando trimetris iambicis compositum v. ap. Galen. de antidotis II t. XIV p. 117 sqq. Kuehn. De *κῦφι* in re medica adhibito v. Puschmann Alexander v. Tralles t. II p. 573; p. 572, 1. ib. p. 475; p. 474, 2. *κοῖφι μετὰ οἴνου* praescribitur Aristidi (382, 30), ubi videtur *κῦφι* legendum esse, praesertim cum exstet varia lectio *κρυφῇ* (<*κυφη*<*κυφι*). De magica huius *κῦφι* significatione v. Hippol. Refut. haeres. IV 28 p. 88, 43 sq. Duncker, ubi de mago quodam dicitur: *εἶτα μάγων Αἰγυπτίων θύσας τὸ καλούμενον κῦφι θυμίαμα κτλ.* Erat enim Aegyptiorum inventum; v. Galen. de compositione medicamentorum secundum locos VIII 7 t. XIII p. 199, 1 Kuehn, ubi explicatur, qua de causa antidotus quaedam nominetur *κυφοειδής* (cf. ib. p. 202, 15): *καὶ γὰρ ὀσμῇ καὶ γεύσει παραπλήσιός ἐστι τῷ κύφει καλουμένῳ πρὸς Αἰγυπτίων, οἵπερ δὴ καὶ πρῶτον συνέθεσάν τε τὸ φάρμακον τοῦτο καὶ χρῶνται θυμιῶντες ἑκάστοτε τοῖς θεοῖς.* cf. Suid. s. v. *κῦφι: τοῦτο Μάνεθως ὁ Αἰγύπτιος κατεσκεύαζεν*; v. eundem s. v. *Μάνεθως: Μένδης τῆς Αἰγύπτου, ἀρχιερεύς. ἔγραψε περὶ κατασκευῆς Κυφίων.* Praecipue autem velim et hac in re te inspicere papyrorum thesaurum nostrum: Wess. Gr. ZP. 95, 2971/2: *κῦφι θυμιάσας*. ib. 108, 213 sq. = K. 71, 209 sq.: *καὶ ἐπιθύσας ζμύρναν, κοῖφι.* Wess. N. Gr. ZP. 38, 547 sq. = K. 101, 538 sq.: *ἐπιθύων . . . κοῖφι ἱερατικόν* (cf. Galen. de compos. medicam. sec. locos VIII 5 t. XIII p. 184, 2 K.), *ᾧ μεμίχθω κριοῦ ὁλομέλανος ἐγκέφαλος.* Quem locum secutus corrigas Wess. Gr. ZP. 53, 1313 sq., ubi legitur: *κυφι ιερατικος εγκεφαλος κριου μελανος ολος*, in: *κῦφι ἱερατικόν, ἐγκέφαλος κτλ.* (de ariete atro cf. p. 40 sq.). Vides hic quoque formas *κοῖφι* et *κῦφι* inter se alternare (*κοῖφι* etiam apud Athen. II 66 f. Etymol. Magn. p. 524, 18.): sane *οι* et *υ* hoc tempore idem. Si alteram formam ubique restituendam putaveris, *κῦφι* praeposuerim.

VITA

Natus sum LUDOVICUS DEUBNER anno 1877 die tertio mensis Februarii (= die vicesimo altero mensis Ianuarii calendarii Iuliani) Rigae Livoniae patre ALEXANDRO, qui in Iudicio Urbano orborum rebus ordinandis instituto secretarii munere fungitur, matre ELLA e gente KERKOVIUS, quos adhuc superstites qua par est colo pietate. Fidei addictus sum evangelico-luthericae. RUDOLPHI ZINCK sacerdotis ecclesiae S. Iacobi schola privata superata initio anni 1891 gymnasium Urbanum Rigense adii, ubi PAULI EHLERS summa me benignitate usum esse grata servo memoria. Maturitatis testimonium anni 1894 aestate adeptus mense sextili Marpurgum me contuli Chattorum, ubi rursus septem per menses gymnasium Regium adirem. Marpurgi quoque maturitatis testimonio sequentis anni vere mihi tradito in eiusdem oppidi Academia Philippina studiis philologicis incumbebam duos per annos quorum altero proseminarii exercitationum participem me fecerunt GUILELMUS SCHULZE et ALBRECHTUS DIETERICH, altero seminarii philologici sodalis fui ordinarius DIETERICHO MAASSIO BIRTIO docentibus. Proxima aestate Monachium migravi, ubi exercitationibus interfui archaeologicis, quibus moderabatur ADOLPHUS FURTWAENGLER. Inde Berolinum profectus per sex menses DIELESII usus sum exercitationibus. Denique pristinum praeceptorem a philosophorum ordine Gissensi advocatum Gissam secutus almae matris Ludovicianae civis sum factus.

Docuerunt me: BIRT, BUSSE, DIELS, DIETERICH, FINCK, FURTWAENGLER, GUNDERMANN, FERD. JUSTI, KOESTER, KRUMBACHER, KUEHNEMANN, MAASS, RATHGEN, BERTH. RIEHL, ER. SCHMIDT, JOANN. SCHMIDT, SCHROEDER, GUIL. SCHULZE, SIEBECK, TRAUBE, AD. WAGNER, WILAMOWITZ, WREDE.

Quibus viris doctissimis cum omnibus gratias ago maximas tum ALBRECHTO DIETERICH praeceptori meo, qui in hac conscribenda dissertatiuncula numquam non aderat consilio.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.